¶ Sit numerus par a: cuius medietas ſit c numerus impar et b binarius: dico a eē numerum pariter imparem. nam q̄a c eſt medietas a: ergo b binarius numerabit a ſc̄z ſe. dico ruruſum q̄ quicūq; alius par numerabit a ſc̄m imparem ip̄m numerare. et eſto vt e alius par ip̄m numeret ſc̄m d: dico d eſſe imparem. nam q̄a qd̄ ſit ex d in e eſt a / et qd̄ ex b in c ſiſit eſt a: ergo p̄viceſimā quātam ſecūdi q̄ p̄portio d ad b ea eſt c ad e. ergo p̄mutatim que d ad c: ea eſt b ad e. at cū oīs numerus par alius a binario fiat cōtinue addēdo binarium p̄mo ad binarium et deinde ad ſuū p̄cedentem: binarius ergo oēm parem numerat. b ḡ numerabit e: quare et d numerabit imparem c. eſt ergo d per decimā tertiam hui⁹ impar. quicūq; ergo par numerat a ſc̄m imparem eum numerat: quare p̄ diffiniōem a eſt pariter impar. quod eſt p̄poſitum.




34 ¶ Si impar in numerum pariter imparem ducatur: qui pueniet erit pariter impar.

¶ Sit a numerus impar: b nō pariter impar: et c numerus p̄ductus ex a in b. dico c eē numerum pariter imparem: ſit enī d medietas c cū c per duodecimam huius ſit par / et binarius. q̄a e in d facit c et ſiſter a in b facit eūdem c: ergo p̄ viceſimā quintam ſecūdi que p̄portio e ad a: ea eſt b ad d. quare permutatim que p̄portio e ad b ea eſt a ad d. ſed e binarius impariter eſt in b: cū b ſit pariter impar. ergo et a impar eſt impariter in d. nūeratq; a nūerum d ſc̄m imparem. ergo p̄ vndecimam hui⁹ d eſt impar et c per p̄cedentem: cū eius medietas d ſit impar: erit pariter impar. quod eſt p̄poſitum.



35 ¶ Numeris paribus ab vnitāte diſpoſitis tertius a p̄mo: atq; ab illo tertius: vno q̄q; intermiſſo oēs a p̄ius ſumptis tertij: ſunt pariter impares tñ.

¶ Continuētur pares ab vnitāte: ſintq; a/b/c/d/e/f/g/h/k/l/m: et ſic p̄ ſequēter. dico tertij c: et e tñ ab illo: et g ruruſus ab hoc tertium et ita deinceps vno ſp̄ intermiſſo eē pariter impares. Nam p̄ decimā octauam huius illoꝝ parium medietas ſunt numeri ab vnitāte naturali ordine diſpoſiti: quoz vnus eſt par / et alius impar alternatim poſiti. p̄mi ergo parium. i. binarij qm̄ medietas eius eſt vnitā que potētia eſt impar: erit et potētia pariter impar. ſecūdos nō ab eo nō erit pariter ip̄ar: qz eius medietas eſt par. At c tertius et quī⁹ et ſeptimus et nonus erūt pariter impares per penultimam huius cū eoz medietates ſint impares. qd̄ eſt p̄poſitum quo ad hoc. Neq; alij pares quicūq; erūt pariter impares: qz eoz medietates ſunt pares ſicq; par vt binarius eos ſc̄m parem numerabit: quare p̄ diffiniōem non erunt pariter impares. quod eſt totum p̄poſitum.



36 ¶ Numerozum pariter imparium continue ſumptozum: equales ſunt differentie.

¶ Hoc enī ideo eſt q̄ ſi oēs pares p̄tinue ſuman̄: erit oīm illoꝝ eadem d̄ria. nā binarius. Sūptis igit̄ ſm̄ exigētiam p̄cedētis paribus et p̄tinue pariter impares vno intermiſſo: erunt per p̄ceptiōem eoz differentie ex differentijs ipſoz ad medios compoſite: quaz cū media ſint equalia / et tote per p̄ceptiōem erunt equales. quod eſt p̄poſitum.


27

28

29

Numerus a duobus non duplus cuius medietas est par: est impariter par.


37



Sit a quilibet numerus par: cuius medietas b sit par: et non sit a de numero duplorum ab unitate sumptorum. dico a esse numerum impariter parem. Nam cum eius medietas b sit par: non est pariter impar. et cum non sit de numero duplorum ab unitate sumptorum: ergo pervicesimam nonam huius non est pariter par. a sufficienti igitur divisione est impariter par. quod est propositum. Sed ostenditur sic. cum medietas a sit par: et binarius numerus par secundum eam ipsum numeret: per definitionem a: non est numerus pariter impar. sed et cum non sit de numero duplorum ab unitate sumptorum si ipse in duo media dividatur: et media iterum in media. in hac continua divisione necesse est aliud ab unitate occurrere: quod divisionem in duo media sistat. quare numerus ille erit impar. et quod ille est pars partis: ergo pervicesimam tertiam primi est et pars totius. quare per decimam quintam huius ille impar totum secundum parem numerabit. at cum par ipsum secundum parem numeret: ergo per definitionem a totus est impariter par. quod iterum est propositum.

Ex ductu pariter paris in impariter parem: puenit impariter par.


38



Sit a numerus pariter par: ducatur in b impariter parem et pueniat c. dico c esse numerum impariter parem. Nam per hypothesin a numerus par numerat c secundum b qui est par. et quod impar numerat b cum sit impariter par: idem impar pervicesimam tertiam primi numerabit c. et non nisi secundum parem: alioquin pervndecimam huius c esset impar. constat ergo per definitionem: c esse impariter parem. et propositum.

Dis impariter par fit ex pariter pare in pariter imparem. Quo fit ut oem impariter parem: numeret pariter par impariter.

39



Sit a quilibet numerus impariter par: dico ipsum fieri ex pariter pare in pariter imparem. nam medietas a est par. alioquin a esset pariter impar. esto itaque b medietas a: si medietas b sit impar: ergo b per tricesimam tertiam huius est pariter impar. et cum binarius numeret a secundum b constat pariter par cum numerare a secundum pariter imparem. at si b medietas impariter paris a: sit par: sit ea d cuius quidem medietas sit impar. Ideo d per tricesimam tertiam huius erit pariter impar. et per vicesimam tertiam primi numerabit a. sitque hoc secundum e: et sit c binarius. quod b numerat a secundum c: et d numerat eundem secundum e: ergo per vicesimam quintam secundi quod propositio b ad d ea est e ad c. sed b est duplum d: igitur et duplum c. quare per decimam octavam huius e est pariter par: et numerat a secundum d pariter imparem. constat ergo iterum propositum. et si tertius numerus primum divisione facta occurreret pariter impar: accepto penultimo parium loco b: et eius dimidio loco d: et loco c: per eandem vicesimam quintam secundi cludes propositum. et uniuersaliter quoties hec subdivisio fiet: toties fiat ab unitate pariter pariter duplatio. et sumpto penultimo parium cum suo dimidio per tricesimam tertiam huius et vicesimam quintam secundi cludes propositum. Correlarij patet accepta medietate pariter imparis et duplo pariter paris: quod dicitur pariter par cum pariter impare numerabat impariter parem adiuuante per vicesimam quintam secundi.



Si disponatur in longum pariter pares: et in latum pariter impares: qui secundum angulares coeuentus producutur: sunt impariter pares terminum. et ipsorum in longitudine quidem est similitudo proportionum: in latitudine vero differentiarum equalitas.

40

Longitudo

Continue proportionales.

| | | | | | | |
|----|----|-----|-----|-----|-----|------|
| 26 | 52 | 104 | 208 | 416 | 832 | 1664 |
| 22 | 44 | 88 | 176 | 352 | 704 | 1408 |
| 18 | 36 | 72 | 144 | 288 | 576 | 1152 |
| 14 | 28 | 56 | 112 | 224 | 448 | 896 |
| 10 | 20 | 40 | 80 | 160 | 320 | 640 |
| 6 | 12 | 24 | 48 | 96 | 192 | 384 |
| | 2 | 4 | 8 | 16 | 32 | 64 |

Pariter pares.

Longitudo

Disponatur b/c/d/e/f pariter pares secundum longum: et g/h/k/l/m: pariter impares secundum latum. Dico primo qui producutur ex b in g/h/k/l/m et ex c in eisdem: et similiter ex d/e et f in eisdem: esse impariter pares et solos tales. nam oes illi fiunt ex ductu pariter paris in pariter imparem. et per tricesimam octavam huius quilibet eorum est impariter par. et si alius esset impariter par propter eos qui ex illis pariter paribus secundum suam serie ordiatis et pariter imparibus producutur: ille non fieret ex pariter pare in pariter imparem. quod per precedentem est impossibile. rarum est ergo quod dicitur. Secundo dico oes in longitudine ut oes in linea g et oes in linea h: et ita de reli-

quis/e est continue proportionales. nam quia b binarius primus pariter parium ducit in g: manifestum est secundum in linea g: qui inde producutur esse duplum ad g: et in proportione c ad b. sed et quod b in g facit secundum ab ipso g et c in g facit tertium: ergo per octavam secundi quod proportio c ad b ea est tertium ad secundum. et ita similiter ostende de reliquis per octavam secundi adiuuante vicesima nona huius que b/c/d/e/f continue proportionales esse demonstrat. Et ex hoc demonstrare proptum est pervicesimam sextam secundi quod sit ex ductu unius mediorum in tertium esse quartum quod sit ex ductu circumpositorum unum in alterum. et per vicesimam quintam eiusdem quod sit ex ductu unius mediorum in alium: terminum esse quartum quod sit ex ductu circumpositorum et equalis ab eis distantiam unius in alterum. Tertio dico oes numeros secundum latitudinem in vnaquaque linea ab g incipientes et ad m in latum euadentes: equales habere differentias. quod enim in prima linea que est pariter imparium dicitur continue sint equales: statim per tricesimam sextam huius est cognitum. Sed quod secunde linee numerorum equales sint differentie: declaratur. nam per nonam primi terminum est quod sit ex b in g et in differentia h ad g quod sit ex b in h. addit igitur quod sit ex b in h secundus scilicet impariter parium secunde linee super eo quod sit ex b in g

41

42

43

44


45

46

primo scz impariter parium eiusdem lineae: tñ q̄tum est quod sit ex b in differentiam g ad h. et quia itez per eandem nonam primi tñ est quod sit ex b in h et in differentiam k ad h: q̄tum qd sit ex b in k. addit igitur qd sit ex b in k sup eo qd sit ex b in h scz tertius impariter parium sup secundum: q̄tum est qd sit ex b in differentiam k ad h. sed differentia k ad h tanta esse pbata est: q̄ta differentia h ad g. est igitur eglis dñia illoz impariter parium. et ita psequēter p nonam de reliquis expedies. Et ex hoc facile demōstrabile est p scdam p̄mi q̄ qlibet illoz duplatus tñ est: q̄tum duo circūpositi iūcti. et p tertiā eiusdem primi q̄ duo mediū iūcti tñ sunt: q̄tum circūpositi/ et equali intervallo ab eis distātes pariter accepti.

41 **Quaecunq; numerat impariter par: idem etiam est impariter par.**

Sit a quicūq; nūerus impariter par: qui numeret b. dico b esse impariter par. Nam quia a par numerat b: ergo per duodecimam huius b erit par. quo sit vt quoties a numerat b: toties medietas a numeret medietatem b. sed medietas a cū sit impariter par est par. igitur p duodecimā huius et medietas b est par. sed et aliq; impar numerat a numerum impariter par: igitur idem numerabit b p vicesimātertiam p̄mi. est igitur b per diffinitōem numerus impariter par. quod est propositum.



42 **Si pariter impari impariter par: siue pariter par sup binarium iūgatur: ppositus erit pariter impar.**

Sit a quicūq; pariter impar: cui adiūgat b quicūq; impari par aut pariter par sup binariū: sitq; c compositus. dico c esse pariter imparem. nam qz a est pariter impar: ei medietas est impar. et quia b est impariter par: per tricesimāseptimam huius: eius medietas est par. medietas igitur b et medietas a simul p scdam huius constituūt numerum imparem. at numerus ex medietate a et medietate b constituus: est medietas compositi c. igitur per tricesimāseptimam huius c est pariter impar. et ita argumētare si pariter impari additur numerus pariter par sup binarium. quod est propositum.




43 **Si pariter impares nūero pares iūgant: ppositus erit pariter par vlt impari par.**

Nam quia cuiuslibet illoz medietas est impar: per quartam huius compositi medietas erit par. non est igitur compositus per tricesimātertiam huius: pariter impar. quare a sufficiēti diuisione erit aut pariter par/ aut impariter par. quod est propositum.



44 **Si pariter impares numero impares coniūgant: componetur pariter impar.**

Nam quia cuiuslibet illoz pariter imparum medietas est impar/ et sunt in numero impari: igitur per quintam huius illoz medietates coaceruate constituūt numerum imparem. ppositi igitur medietas est impar. ergo per tricesimātertiam huius: compositus est pariter impar. quod intenditur




45 **Si diuersi pariter pares q̄libet supra binarium sibi coaceruetur: ex ip̄is cōstitutus erit impariter par.**

Sint a/b/c/d quotlibet nūeri pari pares supra binarium et d maximus: sitq; e duplus ad d: sitq; f ppositus ex a/b/c/d. dico f eē impariter par. nam q̄a a b c d sunt pares: p primam huius f est par. et qz sunt a b c d pariter pares supra binarium: eoz medietates sunt numeri pares. addite ergo simul per primam huius constituūt par. et qz p tricesimāscdam huius a/b c d simul aggregati minus sunt q̄ ergo f est minor e. at e est p̄mus pariter par post d: igitur f non est pariter par. et cum eius medietas sit par: ergo per tricesimāseptimam huius: est impariter par. quod est propositum.



46 **Pariter impares fm datū nūcrum parē inuenire: qui iūcti faciāt paritē parē.**

Sit primo a nūerus par fm quem iubemur paritē impares tales qui pponūt inuenire: q̄ et idem a sit pariter par. quot ergo sunt vnitates in a: tot p̄tinuo pariter impares ab vnitare quoz medietas sit b: c: sitq; d p̄tinuo ascēdendo pariter par. et si inter c et d sit itez aliq; pariter impar: circa d hinc et inde sumo pariter impares fm dimidiū a: itavt oēs sint sumpti fm numerum a. sintq; inferiores: c g/ et superiores e f. quia enī d est par/ et nō est paritē impar: per tricesimāquātam huius p̄mi pares hīc et inde g et e sunt pariter impares. quare et g e equalitē distant a nūero d. et qz sicut p eādem vno paritē inposito post e seq̄tur f: et vno interposito post g seq̄tur c. etiā equidistabūt hīc et inde c et f ab numero d. ergo p scdam p̄mi g et e simul sunt duplum pariter paritē d. quare p vicesimānonam huius g et e sūt sunt pariter par. et p eādem scdam p̄mi c et f simul: sunt duplum d eiusdeq; pariter paritē. sunt igitur pariter impares simul sumpti fm numerum a scz g/e/ et c/f quadruplum d: et duplū duplo ad d. quare p vicesimānonam huius c/g/e/f simul sunt paritē par siue sunt tñ q̄tum qd sit ex a pariter par: in d pariter par. quare p tricesimā huius: q̄ inde pducitur est pariter par. quod itez est propositum: quo ad hoc. At si a non sit pariter par: capio quēcunq; numerum pariter parē vt a alterū: qui vltro/ citroq; hēat pariter impares: vt b/c/d/e. et sumo duplum a: q̄ sit g. qui etiā p vicesimānonam huius est pariter par. sintq; f/h sui circūpositi pariter impares. deinde capio l duplū g: qui etiam est pariter par. et k/m circūpositos pariter impares. sicut capio o duplum l et circūpositos pariter impares n/p et hoc toties eoz vsq; fiat quousq; habeamus pariter impares acceptos fm numerum datum a: quos quia hīc totidē accepti dico numerum ex b/c/d/e/f/h/k et ceteris sumptis pariter imparibus: ppositū esse pariter par. et sit q pariter par acceptus duplus ad o. quia enī p scdam p̄mi c d simul: sunt q̄tum g duplum a. et etiā p eādem b e: q̄tum g duplum a. igitur c/d/ et b/e simul: q̄tum l duplū g. sed p eandem scdam p̄mi f h q̄tum l duplum g. ergo b/c/d/e/f/h: q̄tum o duplum l. sed k m: q̄tum o duplum l p eādem scdam. igitur b/c d e f h k m: q̄tum q duplum o. sed et p eādem scdam n p q̄tum q duplum o. igitur b/c d e f h k m n p simul: q̄tum duplum q. qui p vicesimānonam huius est pariter par. sicq; constat propositum.



37

38

39

40

| | |
|---|----|
| m | 64 |
| l | 34 |
| h | 32 |
| k | 30 |
| g | 18 |
| e | 16 |
| f | 14 |
| o | 10 |
| b | 8 |
| c | 6 |

| | |
|---|----|
| k | 88 |
| h | 72 |
| g | 56 |
| f | 40 |

| | |
|---|----|
| a | 4 |
| e | 22 |
| d | 18 |
| c | 14 |
| b | 10 |

| | |
|---|-----|
| m | 104 |
| l | 72 |
| k | 56 |
| h | 40 |
| g | 26 |
| e | 22 |
| d | 18 |
| c | 14 |
| b | 10 |
| f | 4 |

| | |
|---|-----|
| f | 128 |
| e | 64 |
| d | 32 |
| c | 20 |
| b | 12 |

| | |
|---|------|
| b | 3 |
| f | 128 |
| l | 2008 |
| g | 96 |
| e | 1004 |
| d | 20 |
| h | 502 |
| b | 12 |
| c | 256 |
| g | |

¶ Scdm datum parem: pariter impares sumere: q̄ impariter parem ꝑiuncti ꝑstituāt. 47

¶ Sit a datus numerus par fm quē iubear sumere numeros pariter impares: qui ꝑiuncti ꝑstituāt numerum impariter parem. sumo b/e/h/ꝑtinue numeros pariter pares post binarium fm medietatē nūeri a circa quos sint c/d fgkl circūpositi pariter impares. dico c/d fgkl pariter impares fm nūerū a sumptos: simul iunctos ꝑstituere numerum impariter parem. et sit m duplum h qui etiā ꝑ vicesimam nonam hui⁹ est pariter par. quia enī per secundam ꝑmi c/d simul sunt tm̄ q̄tum e duplum b: et ꝑ eandē fg q̄tum h. et lz l q̄tū m. erūt c/d fgkl sit q̄tum tres pariter pares e/h m ꝑtinue sumpti post binariū. at e/h m simul ꝑ quadragesimam quintā huius ꝑstituūt impariter parem: igitur et c/d fgkl simul. q̄d est propositum.

¶ Impariter pares quotlibet reperire: qui coaceruati faciant pariter parem. 48

¶ Sit ꝑmo a nūerus datus par fm quē ꝑpositū est impariter pares reperire: qui coaceruati ꝑstituāt pariter parem: inuenio ꝑ quadragesimā sextam hui⁹ totidem pariter impares q̄ coaceruati ꝑstituāt nūerū pariter parem: qui sint b c d e. et duco aliquē pariter parem in quēlibet eoz: ꝑueniāt f g h lz totidem qui ꝑ tricesimā octauā huius erūt impariter pares. at ꝑ nonam ꝑmi idē est q̄d sit ex illo pariter pare in b c d e: et in ꝑpositum ex b c d e. at cōpositum ex b c d e per hypothesim est pariter par: ergo ꝑ tricesimam huius quod sit ex pariter pare in b c d e est pariter par. illud autē est cōpositū ex impariter paribus f g h lz fm datum nūerū inueniētis. est igitur effectū q̄d ꝑponebat quo ad hoc. ¶ Sit secūdo vt a sit impar scdm quem ꝑpositum sit reperire impariter pares qui cōstituūt pariter parem sumo per immediate mōstratū impariter pares scdm parem minorem vno a: qui aggregati ꝑstituāt pariter parem: sint q̄ b c. sit q̄ d pariter par ex b c coaceruatus. sumo f tertiu pariter parem ab ip̄o: e quidē medio pariter pare inꝑposito. et q̄ differētia f ad d cōstat ex differētia d ad e q̄ est d pariter par ꝑ differētia e ad f que est e pariter par: cum sp̄ sequens sit ꝑcedētis duplus. ergo ꝑ quadragesimam quintā huius d̄tia f ad d est impariter par. sit ergo d̄tia illa g. dico ergo b c g eē impariter pares qui ꝑtūtur. nam b c simul sunt d quibus additus impariter par g tm̄ facit sicut f. nam erat differētia d ad f. at x̄o f est nūerus pariter par. constat ergo totum ꝑpositum demōstratum.

¶ Ex dato nūero: impariter pares ex quibus ꝑiunctis impariter par efficiā inuestigare 49

¶ Sit ꝑmo datus nūerus par qui sit a scdm quem iubemur impariter pares inuestigare: qui ꝑiuncti ꝑstituāt impariter parem. inuenio totidem pariter impares ꝑ quadragesimā sextam hui⁹ qui cōiuncti ꝑstituāt pariter parem: sint q̄ b c d e. capio g ꝑxim pariter imparē post e. qui q̄ solo quāsnario distat ab e: manifestū est b c d g simul plus eē pariter pare b c d e simul ꝑ minus duplo b c d e simul. quare ꝑ vicesimā nonam huius: aggregatus ex pariter imparibus b c d g nō est pariter par. et cū ꝑ primā hui⁹ sit par: idē erit a diuisiōe aut pariter impar aut impariter par. duco ergo f nūerum quēcumq̄ pariter parem in b c d g: ꝑueniāt h lz l m: totidē quot vnitates in a: qui ꝑ tricesimā octauam huius sunt impariter pares. at aggregatum ex h lz l m tm̄ est q̄tum q̄d sit ex f in b c d g simul ꝑ nonam ꝑmi. at si b c d g simul sunt pariter impar: ꝑ tricesimā octauam huius: aggregatus ex h lz l m erit impariter par. et si b c d g sit impariter par: idē accidet ꝑ quadragesimā primā huius: sicq̄ sp̄ habebitur ꝑpositū. At x̄o si a sit numerus impar: sumo totidem pariter impares: qui aggregati ꝑ quadragesimā quartā huius erunt pariter impar. quos multiplico per quēlibet pariter parem: ꝑueniēt totidem impariter pares ꝑ tricesimā octauam huius. et q̄ ip̄i impariter pares simul tm̄ sunt q̄tum quod sit ex illo pariter pare in aggregatum ex pariter imparibus qui monstratus est pariter impar. ergo per tricesimā nonā erit aggregatus ex impariter paribus impariter par. quod est propositum.

¶ Quotlibet impariter pares: ꝑ pariter pares sup binarium: sil iuncti: pariter parem vel impariter parem component. 50

¶ Nam oīm medietates pares sunt. at ip̄e simul: ꝑpositi medietatem ꝑstituūt: ergo ꝑ primam huius compositi medietas est par. non est igitur compositus pariter impar. a diuisione ergo aut est pariter par/ aut impariter par. quod intendebatur.

¶ Pariter pares ꝑ impariter pares q̄tlibet inuestigare: q̄ ꝑiuncti pariter parem cōstituāt. 51

¶ Sit a numerus datus scdm quē debemus aggregare pariter pares ꝑ impariter pares qui ꝑstituāt pariter parem. capio totidē impariter pares qui ꝑ quadragesimā octauā huius simul cōgregati cōstituāt pariter parem: sint q̄ b c. et sit pariter par quē ꝑstituūt d. capio totidem ꝑtinue pariter pares supra d q̄ sint e ꝑ f: certū est e esse duplum d et f duplum e. dico ergo impariter pares b c/ ꝑ totidē pariter pares d ꝑ e simul ꝑstituere pariter parem. Nam q̄ b c simul ꝑstituūt d: ergo b c ꝑ d simul ꝑstituūt e duplū d sed et per idē b c d et e simul cōstituēt f duplum e. at f est pariter par: igitur totidem pariter pares et totidem impariter pares quōta ꝑstituūt pariter parem. quod est propositum.

¶ Scdm datū numerum pariter pares reperire: qui cū quotlibet impariter paribus numerum impariter parem constituent. 52

¶ Sit datus nūerus a: scdm quē iubemur reperire pariter pares: qui cū quotlibet impariter paribus vt sumptis scdm b ꝑstituāt numerum impariter parem. sumo ꝑmo ꝑ quadragesimā octauam huius impariter pares scdm b qui sil ꝑstituāt pariter parem: sint q̄ c d e ꝑstituāt f pariter parem. ꝑ sumo pariter pares post f scdm a nūerum datū q̄ sint g h lz quos dico cū impariter paribus c d e ꝑstituere impariter parem. nam q̄ c d e ꝑstituūt f: ergo c d e ꝑ f ꝑstituūt g duplū f. et c d e f ꝑ g nūerum h duplū g. ergo c d e ꝑ plus ꝑstituūt q̄ duplum f: ꝑ minus q̄ duplū g. et ita argumētare ꝑsequēter c d e et h

plus pstituerē q̄ duplū g ⁊ minus duplo h. et similif c d e g ⁊ l ⁊ plus pstituerē duplo h et minus duplo l sicq̄ deinceps. quare c / d e g h l l simul p vicesimānonam huius non pstituet pariter parem. ergo p quinquagesimam huius c d e g h l l simul pstituit impariter parem. quod est propositum.

53 **Omnis numerus primus: est diminutus.**


¶ Nam oīs numerus solam partem habet vnitatem: que vt certum est minus eo pstituit. est igit oīs talis per diffinitionem diminutus. quod est propositum.

54 **Quilibet pariter par: diminutus esse pbatur.**

¶ Nam per vicesimānonam huius oīs talis est de duplis ab vnitare sumptis: quē p vicesimāsextam quarti nullus nūerabit nisi aliq̄s in illo ordine sumptus. at p tricesimāscōdam huius oēs in illo ordine līl aggregati pcedētes min⁹ illo pficiūt. cōstat igit p diffinitionem illū esse diminutum. qd̄ est ppositū.

55 **Oīs quem numerat numerus aut abundans aut perfectus: vt abundet necesse est.**

¶ Sit a nūerus pfectus aut abūdans: habēs tres ptes b c d easdēq̄ scōdam / tertiā / ⁊ sextam: ducatq̄ a in quēcūq̄ numerum vt in c ⁊ pueniat e. erūt p̄siles tres ptes q̄ sint f g h. eedēq̄ scōda tertiā sexta. quia q̄ pportio b ad a ea est f ad c: ergo pmutatim b ad f vt a ad e. Itē c ad a vt g ad e: ergo pmutatim c ad g vt a ad e. Itē d ad a vt h ad e: ergo ⁊ pmutatim d ad h vt a ad e. erunt ergo tres numeri b c d ad totidem f g h in eadē pportioē vt que est a ad e. ergo p vicesimā secūdi b c d simul ad f g h simul sūt in eadem pportioē q̄ a ad e. tunc sic. b c d simul ad f g h simul vt a ad e: ergo pmutatim b c d simul ad a vt f g h simul ad e. ergo si b c d simul abūdant sup a: et f g h si abūdant sup e. et si b c d p̄iūcte pficiunt a: itidem ⁊ f g h p̄iūcte pficiēt e. at si f g h p̄iūcte pficiūt e: cum e p̄ceptioem habeat aliam partem ab ipso denoiatam que est vnitatis: ea si qd̄ē predicti adiuncta facit totum abūdare sup e. erit igit quicūq̄ talis quem numerat aut abundans aut pfectus: abundans. quod est propositum.




56 **Quicūq̄ perfectum numerat: est diminutus.**

¶ Nam si is qui numerat pfectū diminutus non sit: a diuisione erit aut pfectus aut abūdans: qui si est pfectus aut abūdans p precedentem ille quēcūq̄ nūerat est abūdans at ponitur pfectus. non est igitur perfectus aut abūdans. relinquit igit quēadmodum pponitur eē diminutus. qd̄ est ppositū.


57 **Numerum imparem abundantem inuenire: cuius sumptax partiū maxia: a posito impare denominetur.**

¶ Nec videtur supponere aliquem imparem eē abundātem: qd̄ ⁊ verum est. Sit ergo a impar posit⁹ qui maxiam partium sumptax imparis abundātis denoiare debet et b quicūq̄ imparium abūdans qui si sit minor a: duco ipm in aliquē imparem donec eueniat impar maior a qui p quinquagesimam quitam hui⁹ erit abūdās. si aut sit maior a: non quero aliū. et ita sit in pposito. deinde sumo impares denoiantes quorū volo supra a: ita vt a sit denoiatiū mīnus. alioquin x̄itatem ppositio h̄fe nō posset: sintq̄ c d e. et duco a in c ⁊ pueniet impar p vndecimam huius ⁊ d in pductum: ⁊ e in vltimum pductum: et ille vltimus pductus p vicesimātertiam primī hēbit ptes denoiatas ab a c d e. deū duco in ipm totum: b. sitq̄ pductus f qui p vndecimam huius erit impar: sed et p quinquagesimāquintam huius erit abūdans. q̄a b est abundans ⁊ habet ptes denoiatas p vicesimātertiam p̄mī ab a c d e ⁊ b. et q̄a p̄iū assumptax ps denoiata ab a habet minorem denoiationem: q̄z positus est a oīm denoians minimus per pceptioem ps denoiata ab a est oīm sumptax sc̄z scōm a c d e: ⁊ b maxia. qd̄ est ppositū.





58 **Si aliq̄s in nūerū primū ductus pfectū numerum pduxerit idem in eo minorem et se non numerantem ductus: pducet numerum abundantem.**

¶ Sit b numerus p̄mus: ⁊ a ductus in b pducatur c q̄ sit nūerus pfectus: sitq̄ d minor b nec numeret a et ducatur itē a in d ⁊ pueniat e. dico e esse numerum abundātem. nullus enī in alium ductus nūera bit c: quoz alter non numeret a. vt si f in g pducatur c: intelligo f primū / a scōm / b tertium / ⁊ g quartū p vicesimāquintam secūdi f ad a vt b ad g. sed ⁊ per quartā tertij b numerat alter. at cum b maior sit a / et g maior f vt supponit: b nūerabit g. q̄re ⁊ f nūerabit a. p̄stat q̄ nullus in aliū ductus nūerabit c quoz alter non numeret a. et ideo si a eēt primus non haberet c nisi a ⁊ b ⁊ vnitatem ptes suas: et a ⁊ b vnitare distarent. at nulli sunt primī vnitare distātes nisi binarius ⁊ ternarius: cū oporteat alterū eoz esse parem / ⁊ alterū imparem: et oīs alius par a binario / sit compositus. quicūq̄ igit sumeretur sub b aut eēt a aut ipm nūeraret. alioquin dicatur non distare vnitare sola vt f et p: qui in se faciunt pfectū. non habebit ptes q̄ nisi e f ⁊ vnitatem. at pductus ex illis toties habet in se maiorē e quoties vnitatis est in f. at vnitatis ⁊ f simul minus faciūt q̄ e aliq̄tics sumptus: ergo f ⁊ e ⁊ vnitatis non pstituit pfectū. erit ergo a ppositus. sint ergo eius partes f ⁊ g: que p vicesimātertiam primī numerabunt c. numerēt ergo ipm scōm h ⁊ l. et eedem partes p idem etiā numerabunt e: sitq̄ scōm l ⁊ m. eritq̄ per septimam secūdi ter repetitam c ad b h k: sicut e ad d l m. cum ergo c super b ⁊ h in numeris a f g: supabit etiā e numeros d l: sitq̄ id in numero n. quē dico eē minus q̄ a f g. qd̄ sic ostenditur. q̄z c ad b h: sicut e ad d l. ergo vt c ad e totus ad totum: et b h ad d l detractus ad detractum. ergo residuus a f g: ad n residuum vt c totus ad e totum. at c maior est e: igitur ⁊ a f g maior n. igitur a f g partes itidem e adde ad d l: plus faciunt q̄ e. est igitur e numerus abundans. quod erat demonstrandum.



59 **Si numerus in alium ductus perfectum vel abundantem pduxerit: in quēlibet ab eo numeratum ductus abundantem producet.**



Sit a quicūq; numerus qui in alium ductus vt b pducat e numerum pfectum aut abundātem: z b numeret d. dico q a ductus in d pducit nūerum abundātem. nam quia p septimam secūdi q pportio b ad d ea est c ad e: sed b per hypothesim nūerat d: igitur z c numerabit e. c autē positus est pfectus aut abundans. igitur p quinquagesimāquinam huius z e abundabit. quod est propositum

Cum dispositi fuerint ab vnitāte nūeri pariter pares qui pūcti fecerint numerum primum: extremus in illum ductus pducet numerum perfectum.

Sit vnitāte: z a b c d p continue dupli: qui p vicesimānonam huius erunt pariter pares: z coaceruatus ex eis et vnitāte sit e qui ponat esse primus et d extremus parium ducat in e oīm aggregatum z pueniat f. dico f eē numerum pfectum. manifestum est enī p vicesimātertiam pmi a/b c d duplos sūptos oēs numerare f. sitq; id scdm e/g h k vt scz d numeret f scdm e: c scdm g: b scdm h: et a scdm k. quoties ergo vnitāte in d toties e in f: et quoties vnitāte in c toties g in f. quare z adiuuāte vicesimāsecūda scdi z equa pportionalitate quoties a in d toties g in f: et p idem quoties b in d toties h in f. et quoties c in d toties l in f. hinc tote ptes sunt e/g h k ad f: qte vnitāte a b c ad d. sed p tricesimāscdm huius vnitāte et a b et c simul min⁹ sunt vnitāte q sit d. queq; vnitāte est ps d denoiata per conceptiōem ab d. ergo e g h k simul minus faciūt f vna eius pte denoiata a numero d. pars autē f denoiata a numero d: est e. sunt igitur e g h l simul minus f in numero e. at vnitāte a b c et d sunt tanq; e: igitur e g h l vnitāte a b c d simul tm sunt sicut f. si autē f plures partes non habeat: constat p diffinitiōem ipm f numerum esse perfectum. sed q nullam aliam habeat declaratur. nam si hoc sit possibile numeret ergo m: numerum f scdm n. qz enī e est pmi qui nūerat f: numerabit ergo per quartam tertij m aut n. quare p vicesimā quintam secūdi reliquos eoz numerabit d. et cū a secūdos ab vnitāte sit numerus pmi: ergo p vicesimā sextam quartū quicūq; nūerat d est aliqs in ordine precedentium: vt c b a. at si sit c nūerat f scdm g: et si b scdm h: et si a scdm l: partes scz ppositas et vt dictum est. constat ergo nullum alium a p dicitis nūerare f. quare p dicitis sunt oēs sue partes. et ipsi simul mōstrati sunt ipm complere atq; pficere. constat ergo diffinitionem numeri perfecti ei pgruere: ipm q; existere perfectum. quod est ppositum.


Septimi elementorum British metices Jordani finis.

Orme numerorum ex vnitātū dispositiōe ppendūtur. **E**st autē dispositio prima in longum tm: altera in longum z latum: tertia xō in lōgum/latum/ z altum. **C**uius vnitātū dispositio in longum tm est: linearis numerus dicitur. **I**n latum disponūtur supficiales linearibus vndiq; pclusi: quoz vnitātes directe z ad se z ad alias equales habent distantias. **Q**uod fit dupliciter scz vt vt vnitātes vnitātibus directe adaptētur: vel eaz infualis opponātur: ita vt singloz ordinum termini in lateribus reliquis excipiātur. **I**n altum xō dispositio solidozū est: coaptatis insimul supficialibus: ex quoz lateribus directe sibi appositis solidozū supficies crecte constituūtur. **N**umerozū in superficie dispositozū: quidam sunt triangulares tria habentes latera: alij quadrilateri: alij pētagoni: alij pluriū laterum.

Quadrilaterozū aut quidam latera opposita habēt equidistātia: quidam minime. **N**umerozū autem quoz latera opposita sunt equidistātia: alij oia latera habent equalia z tetragoni dicūtur. alij siquidē latera habent vnitāte distantia z parte altera longiores vocātur: aut amplius z dicūtur anlōgiores. **N**umerozū in altū ppositozū diuersas esse bases cōtingit: quozū dā triangulas/atq; quadrāgulas: et ita de ceteris. **H**ozum oīm quidam habent latera simul applicata: z dicūtur pyramides. quidam habent latera: que etsi insimul tendāt: non tm pueniūt: et curte pyramides appellānt. quidam habent latera equidistātia z equaliter crecta: qui supiozem z inferiozem supficiem habent similes. **I**stozū quicūq; habent basim triangulam: serratiles vocānt: q quadrangulam z ipsi in longum/latum/ z altum equaliter distēduntur: cubi dicūtur. quicūq; xō bases habuerint pentagonas hexagonas siue pluriū laterum: z latera equidistantia erecta: colūne nominentur.

Ois numerus triangularis: tria habet latera equalia. **C**ū manifestum est quēlibet triangularem ex numeris ab vnitāte ordine cōtinuo dispositis: esse compositum: atq; latus trianguli esse seriei numerum.


Sint a b c vnitātes basis trianguli: a b pxiē: et a c extremitates. dico ergo q in secūdo ordie cuius extremitates sunt d e: erunt pauciores vnitātes. nam si totidem fuerint in ordinibus a c z d e: latera a d z c e erunt eqdistātia. qm vnitātes in vtroq; ordine equalit distant: sicq; non cōcludent triangulum. pauciores ergo erunt in ordine d e. et qm q̄tum distat a ab b tm distat a ab d z c ab e: si ergo ponitur f tota ab c quota d ab e: distabit f ab d q̄tum c ab e. et ideo q̄tum a ab d. si ergo f non fuerit. pxiē post a sed fuerit b vnitāte media: cū distent a ab d q̄tum a ab b: erit longitudo inter a z f q̄tra inter a z d et inter f z d vt amplius: sicq; vnitātes et ad se invicem et ad alias non equalēs seruabūt distācias. quod est impossibile. **O**rdo ergo d e minor est ordine a c vnitāte. et eadem rōne sp ordo sequens minor vno



quod precedens donec extremum sit unitas, et quod ideo totidem erunt ordines quot in base sunt unitates: per retroagendo unitatem esse primum potentia triangulum cui due adiuncte secundum claudunt triangulum: cui secundo tres addite facient tertium: quod semper est unitate maior precedenti, et ita consequenter secundum naturalem numerorum progressum sicque propositio et correlarium nota sunt.


2. **¶ Si a quolibet triangulari numero latus suum detrahatur: relinquetur triangulus ipsi descendendo proximus.**

¶ Triangulus triangulo descendendo proximus: est cuius latus latere alterius est unitate minus. a triangulo ergo a b subtracto latere a b: dico quod relinquitur triangulus ipsi triangulo a b descendendo proximus nam quod triangulus a per precedentem habet tria latera equalia: et sequentia sola unitate vincuntia. subtracto ergo latere a b erunt reliqua latera vno contractiora. scilicet quod unitatum ordines secundum unitatem semper decrescunt per correlarium precedentis residuum esse triangulari. et quoniam latus eius unitate vincit a latere trianguli a b cognitum est: patet relictum triangulari esse proximum descendendo triangulo a b: quod est propositum.




3. **¶ Omnis triangularis duplicatus: parte altera longiorem efficit.**

¶ Sumatur a et b duo triangulares equales: adiciaturque lateri c trianguli a d extrema unitas trianguli b. id est lateri f trianguli b adiciatur e extrema unitas trianguli a: fientque duo latera unitate quolibet latus a triangulorum a et b superantia. et si addis aptasque hoc pacto medios ordines vnius medius ordinibus alterius: fient per tertiam primum compositi ordines sibi mutuo et extremis ordinibus e f et c d equales. verbi causa ut si ordinem sequentem latus c addis adaptasque ordini sequenti unitatem d. quod enim per correlarium prime huius ordo sequens latus c tantum distat ab c quantum ordo sequens unitatem d distat ab d. ergo per tertiam primum illi simul iuncti equantur ordini c d. et ita de aliis mediis ordinibus si qui medij relictis sunt tunc ergo completus erit quadrangulus cuius latera opposita erunt equalia et ob hoc equidistantia. ut quod latus e f equale esse monstratum est lateri c d et mediis: ergo unitates lateris b d equidistantur unitatibus lateris a e. et similiter quod latus b d equatur lateri e a. nam sunt latera triangulorum equalium et mediis ordinibus: latus e f equidistantur lateri c d. et quod latera b d et e a opposita et equidistantia sunt latera triangulorum assignatorum: et duo reliqua e f et c d similiter opposita et equidistantia quorum quodlibet reliquo aliorum unitate sunt maiora. patet per diffinitionem totam figuram a b d e ex duobus equalibus triangularibus constitutam (quare et ex triangulari vno duplicato) esse altera parte longiorem: quod est propositum.




4. **¶ Cuiuslibet altera parte longioris: medietas est triangularis.**

¶ Hec est conuersa precedentis. Sit altera parte longior quicumque a b e et vnum eius longius latus a b. dico eius medietatem esse triangulari. de latere enim longiori a b detraho unitatem a et de c secundo ordine duas: de d tertio tres: de e quarto quattuor. et si plures sunt tot consequenter auferam quotus ordo ille fuerit ab unitate: per correlarium prime huius totus detractus ut a e f est triangularis. et per idem quod continue minus vno relinquebat usque ad unitatem: relictus est triangularis. sed et quod detracti latus e f equatur residuo lateri g b. nam latus g e superabat latus g b vna unitate: sed et g e superat latus f e vna unitate. equantur igitur g b et f e: quare et reliqua et reliquis vnius reliquis alterius cum per primam huius omnis triangularis sit equalis et totus trigonus a e f toti trigono a b g equalis. est igitur vatus altera parte longior in duas medietates diuisus quare quilibet est triangularis: quod est propositum.




5. **¶ Quilibet duo triangulares proximi: tetragonum constituunt**

¶ Sit ut in precedenti a b g e quicumque altera parte longior qui per eandem diuidatur in b g h et e a f duos triangulos equales. erit ut a e sit latus trianguli e a f et latus b a altera parte longioris et suum oppositum e g maius latere a e et sequentibus ordinibus unitate ammoto ergo latere a e remanebit b h equale lateri h l: l g et g b. et ideo quattuor illa latera adinuicem distantia: quod ergo per diffinitionem relictum est: est tetragonum. sed et ammoto latere a e ab trigono a e f per secundam huius relinquitur triangularis triangulari a e f proximus: quare et triangulari h b g sibi equali proximus. constat ergo tetragonum h l g b ex duobus proximis triangularibus: quod est propositum. ¶ Potest quoque et id esse notum quod tricesimo quinto capitulo sue Arithmetices diuus affert Severinus omnem tetragonum si ei proprium latus adiciatur aut ab eo detrahatur altera parte longiorem fieri. Nam cum tetragonus omnis vna diuinaque latera equalia possideat: si cuiquam vnum latus adiciatur efficientur latera unitate distantia porro si latus vnum a quopiam detrahatur: relinquetur latera unitate distantia: quare vtrobique facti erunt altera parte longiores. Quo fit iterum ut proximi quicumque altera parte longiores a medio tetragono equali differentia distent. Nam equali latere subtracto et addito.



6. **¶ Latere opposito numeri triangularis summam inuenire. Unde manifestum est si datus sit numerus impar summam triangularis prouenire si par proxime maioris subduplum in ipsum impari ducatur. et si numerus sit par: summa triangularis proueniet si par medietas in imparem ducatur proxime maiorem.**



¶ Sit a datum latus cuiuslibet numeri triangularis cuius summa queritur: duco a in b proximum numerum maiorem et per diffinitionem proueniet altera parte longior cuius b maius latus erit unitate maius a mi

noze latere z latere triaguli cuius summa petif. per quartā ergo huius summa triaguli petiti est me-
dietetas altera parte longioris inuenti: sicq; constat ppositum. Correlariū ex demōstratione conclu-
sionis adiuuāte decima primi notū est. et hec cū correlario suo praxim pgressionis demōstrat.

Omne perfectum est trinum.

Ternarius totus est religione sacer et a Pythagoricis Magis et Sacerdotib⁹ olim in arcanis mi-
rum in modum veneratus. et Aristoteles Pythagoricorū symbolis insilens corporeā magnitudinē
ipsumq; vniuersum perfectū astruit q; ipsum trinū sit imvero trinū est: q; ipsum perfectū est qd pzo
Pythagoras cōperit in numeris: numerozūq; mysteriis. hic ergo suscipif demōstrādum omnē nu-
merum perfectū esse trigonum. Nam per tricesimāsecundam septimi quocunq; nūeri pariter pares
cōnumerata vnitāte coaceruati efficiunt numerū proximo sequente pariter pare: vnitāte minorē qui
quidem proxime sequens pariter par per vicesimānonam septimi est coaceruatorū maximū duplus:
quare totus coaceruatus est impar. at per sexagesimā septimi oīs numerus perfectus gignitur ex co-
aceruatione vnitatis et pariter parū quoties coaceruat⁹ est primus qui vt dictū est p vicesimānonā
septimi sola vnitāte distat a proximo pariter pari: qui ad aggregatorū maximū duplus est. ergo maxi-
mus aggregatorū subduplus parū numerū aggregatorū imparē proxime sequētis: in ipsum imparē
ductus: per primā partem correlariū precedētis cōstituit numerū triangularē. est igitur oīs numerus
perfectus triangularis atq; trigonus: qd est ppositū. Et eius latus p precedētē z correlariū prime
huius erit ille impar ex omnibus coaceruatus.

**Omnis numerus par media sui parte multiplicatus tanto minorē summā pducit
q; omnes summe que in ipso sunt coaceruate: q̄tum sua ipsius medietas.**

Hec ex analyticis numerozū depropta est. et ex scda parte correlariū superioris cōclusionis adiuuāte
nona primi z cōi dignitate: vnitātē in quēcunq; numerū ductā: ipsum pducere: statī cognita esse pōt.

**Si sumantur triangulares ab vnitāte: duos primos impares et sequētes duos pa-
res atq; ita vicissim duos et duos impares atq; pares inueniri necesse est.**


Quia enī per correlariū prime hui⁹ triangulares creatur ex nūeris ordine cōtinuo ab vnitāte dispo-
sitis et vnitāte p̄mus est potētia triangularis z potētia impar. addita igit^r numero sequēti q̄ est par cō-
stituet p correlariū prime huius fm triangularē z per secundā septimi imparē. erunt ergo duo primi
triaguli nūeris hoc pacto dispositio ipares. Sed z q; tertius numer⁹ est ipar et cū precedētī triagulo
p idem correlariū cōstituit triangulū z pcedens mōstratus est ipar: ergo p tertiā septimi tertius tri-
gularis erit par. et q; quartus ab vnitāte nūeris est par q̄ cum pcedētī triagulo pari p idem cōstituit
quartum triangulum. ergo quartus triangularis per primā septimi est par. erunt ergo duo sequentes
pares. et iisdem rationibus mōstrentur duo sequētes esse impares z vicissim aliū duo sequētes pares
sicq; sine difficultate certum apparebit ppositum.

**Si post vnitātem sumantur numeri triangulares: inter duos et duos disiunctim:
erunt que inter numeros ab vnitāte naturali serie: sumpte proportionēs.**



Sit primus triangularis post vnitātē a z b c d e f ordine psequētes sitq; vnitāte et g h l z nūeri ab vni-
tate naturali serie pcedētes: dico que pportio g ad vnitātē eā esse b ad a: et q̄ h ad g eā esse d ad c: z que
l z ad h eā esse f ad e. z ita pcedēdo in his disiunctim: in illis vero cōiuncti. nam p precedētē a est ipar
b c pares: d e ipares: et f par. sumo enī quattuor: pares ab vnitāte q̄ sint g l m et medij inter eos im-
pares sint h n o. et q; g q̄ est binari⁹ est latus a q̄ est ternari⁹. z per correlariū prime hui⁹ h latus b z l
latus cet n latus d z l latus e et o latus f: ergo p quartā huius g in h facit altera pte longiorē duplū a
et h in l duplū b z l in n duplū c et n in l duplū d z l in o duplū e: atq; per eandē o in m duplū f. q; ergo
g in h et l in h cōstituunt duplū ad a et ad b. erit ergo per octauā secundi vt que pportio l z ad g eā sit
duplū b ad duplū a: sed z b ad a subduplus ad subduplū per correlariū decimequarte secūdi sicut eoz
duplorū duplus ad duplum. ergo sicut l z ad g ita b ad a. et per idē sicut l ad l ita d ad c. z sicut m ad l:
ita f ad e. z cū g l l m sint sumpti ab vnitāte cōtinue pares: ergo p decimāoctauā septimi est pportio
b ad a vt g ad vnitātē z d ad c vt h ad g et f ad e vt l ad h: quod est ppositum.

**Si tres continui triangulares statuuntur: qui sub extremis continetur erit altera
parte longior: cuius laterum maius erit illozū trium medius.**

Sint a b c tres continui triangulares z eozū latera d e f: sitq; g vno maior f. dico qd sit ex a in c esse
altera pte longiorē cui⁹ maius latus erit b. nā q; a b c sunt cōtinui triangulares: ergo p correlariū p̄ie
huius d e f sunt fm continuā seriē numerozū sumpti. et q; per quartā huius d in e cōstituit duplū ad a
ergo si d est par quēadmodū hic est: medietas d in e cōstituit a. et per idem medietas f in e cōstituit b.
et medietas f in g cōstituit c. si aut^r d esset impar numeraret a fm medietatē e: z f b fm medietatē e. et
sic cōsequenter fm medietatē parium ipares numeraret triangulares. ergo per octauā primi adiuuāte
correlario decimequarte secūdi que pportio f ad d: ea est b ad a. et q̄ g ad e: ea est c ad b. z q; a b c sunt
continue sumpti triangulares: ergo p correlariū prime huius b superat a q̄tum est e. sumo ergo h vno
minorē b: manifestū est h superare a q̄tum est d. et quo abūdat c super b est f. z quia b ad a sicut f ad d
oziam h ad a. et sicut detractus ad detractū: ita residuus ad residuū. erit ergo vt sicut b ad a ita c ad h
totus ad totū: quod igit^r sit ex a in c p vicesimāquintā secūdi tm est q̄tum qd sit ex h in b. at manifestū
est qd sit ex h in b esse altera parte longiorē. igitur et qd sit ex a in c. est altera pte longior cuius maius
laterū est b illozū triangulozū medius. et ppositum.



| | | | | | | | |
|---|---|---|----|----|----|----|----|
| 1 | 3 | 6 | 10 | 15 | 21 | 28 | 36 |
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |




VIII

10 **C**Si sumatur primi post unitatem par et impar: et composito ex ipsis minor addatur: itemque ex his confecto minor adiciatur: erit ut cum primorum primus sit par: sequentes sint impares. tertiorum primus par et sequentes impares ac sic deinceps. duploque quadrati parium et quadrato extremi imparium: tetragonum triangulares terminentur.

| | | | | | | | |
|----------------------------|------|-------|---------|-----|-----|-----|------|
| | | | | | | | |
| 4 | 9 | 25 | 49 | 144 | 289 | 841 | 1681 |
| | | k | l | m | n | o | p |
| Q | a | B | D | B | B | Z | 3 |
| | | | | | | | |
| 36 | 1225 | 41616 | 1413721 | | | | |
| Tetra goni tri angu la res | | | | | | | |


CSint a et b numeri primi post unitatem par et impar binarius scz atq; ternarius q;uncti faciant c cui addito a fiat d. item c et d component e cui addat c et fiat f atq; e et f component g et e addatur g et fiat h. dico primo a esse par et b impar et c d impares. item e par et f g h impares. a enim esse par et b impar est hypothesis. et q; c componitur ex a et b: per secundam septimi c etiam est impar. et q; d constat ex a pari et c impari per eandem secundam d est impar. et q; e constat ex c d duobus imparibus e per quartam eiusdem erit par. et q; f constat ex c et e impari atq; pari per secundam eiusdem f est impar et per eandem erit g et h impares: qd; intendebat. Secundo dico duplum quadrati a terminare tetragonum triangularem. terminare enim tetragonum triangulare est esse latus quadrati qui pariter est et triangularis. Patet id nam q; unitas duplicata constituit a et a bis sumptus suum perficit quadratum: duabus igitur unitatibus a distat a suo quadrato et unicum suscipit medium scz b: cuius differentia ad a est unitas. et q; per septimam sexti quo abundat quadratus b super quadratum a est quod fit ex unitate in b et a simul. sed b et a simul sunt vno maius quadrato a qui duplus erat ad a. igitur quadratus b est vno maior duplo quadrati a. sed et q; duplum quadrati a in quadratum b cum sola unitate distent. producit per definitionem altera parte longiore quadratus a qui est medietas in quadratum b per octavam secundi. producit illius altera parte longioris medietatem. ergo per quartam huius quadratum a in quadratum b producit triangularem. et q; producit ex ductu quadrati in quadratum: ergo per decimam quartam sexti idem erit et tetragonum. effectum est ergo qd; dicebat. Tertio dico quadratum d extremi imparium terminare tetragonum triangularem. sumo enim quadratum c qui sit l: et quadratum d qui sit l: dico l: duplicatum excedere vno l. nam quadratum c duplicatum per decimam quintam primi est tanq; duplum quadrati a et duplum quadrati b. et quod fit ex b in a quater et q; per eandem decimam quintam quadratum d est q; tum c in se et a in se et a in c bis: sed c in se est tantum per eandem q; tum b in se et a in se et a in b bis. et a in c bis est tmi per nonam primi q; tum a in se bis et a in b bis. ergo qd; fit ex d in se est q; tum quod fit ex b in se et quadruplum quadrati a et quadruplum producti ex a in b. sed cum duplum quadrati c sit monstratum q; tum duplum quadrati b et duplum quadrati a et quadruplum quod fit ex a in b: et ex secunda parte huius quadratum b excedat vno duplum quadrati a. sit ergo v: duplum quadrati c continens quadratum b loco huius q; quadratum d pertinet duplum d per definitionem producit altera parte longiorem cuius longius latus excedit vno quadratum d. illius ergo dupli dimidius qui est quadratus l: in l quadratum d producit illius altera parte longioris dimidium per octavam secundi qui per quartam huius est triangularis et cuius latus est l quadratus extremi imparium qui et idem per decimam quartam sexti est tetragonus. et hac ratione de sequentibus molire id quod propositum est ostendere: et omnino constabit propositum.

¶ Si ab unitate continue designentur parte altera longiores et quadrati: duo et duo con- 11
iuncti: triangulares omnes efficient.



¶ Designo ab unitate a b c quadratos et ab unitate altera parte longiores qui sunt d e f: dico quoslibet duos primos quadratos et altera parte longiores simul: constituere triangularem. nam si fuerit primus quadratus q est unitas et primus altera parte longior qui est binarius manifestum est illos simul additos per correlarium prime huius constituere triangularem. q si fuerit a secundus quadratus et d primus ab unitate altera parte longior sicut per vicesimasextam septimi quadratus a constat ex imparibus ab unitate scilicet ex unitate et primo impari et d est primus par: quare si resoluat a erunt accepti continue numeri ab unitate. per correlarium igitur prime huius constituunt triangularem. et ita ostende a et e constituere triangularem resoluta a in suis imparibus per 26 septimi et e in suis paribus per vicesimasextam eiusdem. et ita de quibuslibet duobus hoc modo sumptis.

¶ Si sumantur triangulares et tetragoni: fuerintque illi toti triangularum ab unitate 12
quoti isti tetragonorum post unitatem: coniuncti facient numeros pentagonos.



Multiplices et supparticulares tote dicuntur: quaz denotatio multiplicis et denotatio partis super particularis ab eodem numero sumitur. vt dupla et sesquialfa. dupla eni a duobus et sesquialfa similiter sumitur. nam sesquialfa p; tinet totum et vnam scdaz. tripla et sesquialfa/ quadrupla/ et sesquiquarta: sicq; deinceps. Sit a quecuq; multiplex pportio data et b numerus eam denotans: et sit c pportio supparticularis cuius numerus d denotet partem. sitq; e equalis b. et sit e totalis denotatio pportiois supparticularis c: quequidē denotatur ab vno et numero partis. et qz vnu in b facit b et pars denotata ab b in b facit vnum: q; tota denotatio e ducta in b facit numerum vno maiorem b qui sit f: et qui p octauam huius est denominans pportiois compositae ex a et c. est igitur pportio pposita ex a et c: a numero scz denotata: multiplex. et quia numerus denominans compositam est vno maior numero denotante pportioem a: ex hoc correlarium et totum propositum notum est.

Data supparticulari quotlibet multiplices reperire: quaz quelibet cum illa multiplicem componat. 24

Sit eni a data pportio supparticularis et pars que cum vno eam denominat sit b. capio quotquot multiplices voluero: quaz cuiuslibet numerus denotans: sit totu ad b/ et b pars. et ex mo demostandi precedentis a: cu qualibet illaz multiplicium pstituet multiplicem/ efficieturq; propositum.


Data multiplice quotlibet sumere supparticulares: quaz quelibet cum ea efficiat multiplicem supparticularem. 25

Sit a data pportio multiplex ad qua iubemur quotlibet supparticulares inuenire: quaz quelibet cu ea pstituat multiplicem supparticularem. capio b numerum denotantem pportioem multiplicem a: et sumo c/d/e/f et quotquot voluero multiplices ad b: et ptes ab ipis denotatas p ordinem. et capio supparticulares denotatas a ptibus c/d/e/f: que sint g/h/k/l quaz qualibet cu data multiplice dico constitutere multiplicem supparticularem. nam qa g supparticularis sumpta ab c et sua parte: denotat a toto c et parte denotata ab c. et b in toto c semel pstituit multiplicem: et in parte c pstituit totam ptem quota ps ipse ppositus sit ad c. pposita q; ex a data multiplice et g supparticulari sumpta a pte c pstituit multiplicem supparticularem. et eadem rone pposita ex a et h/ et ex a et k/ et ex a et l. qd est propositum.



26 Quotlibet multiplices inuenire: que cū data supparticulari multiplicem supparticularem constituent.

Sit a data supparticularis / r b numerus denoiāns eius ptem / r m tota eius denoiatio cui quilibet multiplices supassumatur: vt quoz nūeri denoiāntes sint c / d / e / f: manifestū est per vicesimātertiam huius b in c / r in d / r in e / r in f pstitucere nūerū multiplicisq; denoiatiōez. capio ergo g / h / k / l totidem multiplices vno maioris denoiationis. et qz g addit vnū sup multiplicē c: si ergo m totalis denoiatio pportionis supparticularis ducatur in g. pueniet numerus cū parte denoiata ab b: quare proportio multiplex supparticularis. vt in presenti figuratiōe pueniret pportio septupla / sesquialfa. et ita de h / et k / r l demonstrabis.




27 Data multiplice quotlibet supparticulares inuenire quaz quelibet cū eadem multiplicem suppartientem componat.

Sit a data multiplex / r b numerus ipam denominās: sumo quotlibet numeros eo maiores sed nō multiplices qui sint g h k l et partes ab ipsiis denomināte sint c d e f. vt c sit denoiata ab g / r d ab h: sicq; psequēter. dico g q b in c / in d / in e / r in f non partem sed partes pducit. nam si ducā b in c r pueniat m ptes denoiate ab g: p correlariū vndecime huius q pportio b ad g: ea ē m ad vnū. sed p hypothesim b est ptes g: igit r m est ptes vnus. et ita si b ducā in d r e r f puenient ptes. itaq; supparticulares ab illis partibus dicte cum data multiplice quelibet pstituet multiplicem superpartientem.




28 Sola supparticularium sesquialtera: est q cū nulla multiplice / multiplicem suppartientem producit.

Itam qz sesquialfa denoiatur a scōa que est vnus dimidiū et dimidiū in oēm numerum ductum aut vnū pducit aut numerum aut dimidiū addit. nam binarius oēm nūerū numerat aut supfluit vnitas ergo denoiāns partis sesquialfe in denoiāntem multiplicis: aut multiplicem pducet / aut multiplicem supparticularem. non itaq; cū multiplice multiplicem suppartientem pducet. at q ois alia supparticularis cū aliqua multiplice multiplicem suppartientem efficere possit hinc cognoscitur. qz si sumas numerum denoiāntem / multiplicem vno minorem numero denoiāntem partem date supparticularis ex precedēte efficiēs ppositum. potes r primam partem facile ex modo demonstrādi vicesime sexte huius cognoscere: quē admodum secundam partem ex precedente cognoscis.




29 Sola multiplicium dupla: cū nulla suppartiente multiplicem efficit proportionem.

Hec pponit duplam cū nulla suppartiente multiplicem pstitucere r oēm aliā multiplicem cū aliqua suppartiente: posse multiplicem constituere. Primum patet et sit a pportio dupla et b numerus ipam denoiāns: sitq; c quecūq; pportio suppartiens. dico a cum c non constituere pportioem multiplicem. Sumo enī partes c q denominētur ab d et numerētur ab e: et duco b in illas partes r pueniēt partes siles r numerate a numero qui sit ex binario: id est b in e. sit ergo nūerū illaz partium f: quē dico nō esse numerum. nam nō erit equalis d: qz e numeraret d. neq; d ipm numerabit. nam fm vnitatem nō numerabit: qz eēt ei equalis. neq; fm binarium qz d et e equaretur. neq; fm maiorem binario: quia d maior est e. cū ergo b in e denoiāns in partes alius non pstituat numerum non pducet multiplicem. Scdm patet nam data quacūq; alfa multiplice vt a: capio b numerum ipam denoiāntem quem factio aliquaz partium denoiatozem: et sumo numerum partium vno minorem b qui sit c: sitq; d supparties partium c. dico a et d simul pstitucere multiplicem. nam qz b est denoiāns a et denoiāns ptiū d: ideo b in c pstituet nūerū. denoiabitur itaq; cōposita a numero: quare erit multiplex. qd est ppositum.




30 Data superpartiente multiplices quotlibet reperire: quaz quelibet in illam ducta producat multiplicem.

Sit a data suppartiens: et numerus partium sit b: r nūerū illas denoiāns sit c. capto pmo multiplicem que denoietur ab c que sit d: deinde que denoietur ab multiplicib; c quotquot voluerō: sintq; sui denoiāntes e f g. dico a datam suppartientez cū qualibet multipliciū d e f r g pstitucere multiplicē. nam b in c pstituet numerum r in e etiā numerum qz duplum et in f triplū r g quadruplum acceptis scz per ordinem multiplicibus denoiāntis c. ergo supparties a cū qualibet illaz multipliciū cōstituit multiplicem. quod est ppositum.




31 Quotlibet suppartientes / quaz quelibet cum pposita multiplice multiplicem supparticularem constituat / inuenire.

Sit pposita multiplex a cuius numerus denoiāns sit b: sumo quelibet nūerū maiorem b qui sit c. et duco b in c r fiat d. et capio e minorem vno d. capto item partes denoiatas ab e fm nūerū c que sint f. qm enim b in c pstituit d: ideo b in f cōstituet siles partes fm numerum d. at ipē fm numerum d sumpte faciūt vnū r vnā amplius. sit itaq; g suppartiens denoiata a ptribus dictis ab e r sumptis fm numerum c q (qz b in f pstituit numerum r partem) eadem supparties cū a pstituet supparticularem r quotqt voles eadem rōne tibi sumas suppartientes q cū a pstituent supparticularem. qd est ppositū.



32 Multiplices aliquot sumere: que in datam supparticularem ducte: pcreent multiplices superparticulares.

Sint a r b mimi fmini date pportionis suppartietis: qui qz sunt ptra se pmi quero p vltimā tertij multiplicem a q addat sup multiplicem b vnitatem que sit c: sitq; nūerū fm quē a numerat c nūerū d. sumo vnitatem que sit e. eritq; d ad e multiplex denoiata ab d. at per demonstratū in principio tertie



10 — 3
 25 — 3
 40 — 3
 Composite.

b — 5 c — 4
 a — 2
 e — 10 d — 14
 f — 7
 g 1 7 — 10
 34 — 10
 Composite.

f — 10 50 — 3
 e — 7 35 — 3
 d — 4 20 — 3
 Composite
 a 5 — 3
 b — 3
 c — 2

c 6 — 4 12 — 4
 b 3 — 2 6 — 2
 a 2 — 1 Composite.

16 — 3 c 8 — 3
 10 — 3 b 5 — 3
 Composite. a 2 — 1

k — 10
 h — 9
 g — 8
 f — 7
 e — 6
 d — 5
 c — 4
 b — 3
 a — 2
 I

quinti pportio composita ex a ad b et d ad e est que est inter productum ex d in a: ad productum ex e in b: at e in b facit b: et d in a facit c continens aliquoties b et eius una partem. nam positus est c maior unitate multiplice ad b. igitur pposita ex data suppartiente et multiplici d ad e est multiplex supparticularis: quod intenditur. et ita qualibet aliam inuenias.

Suppartientes quolibet que cum data multiplice pficiant suppartientes multiplices: 33
 inquirere.

Sit a denotans multiplicem: sumo duos numeros c et d quorum vnus non nueret alium: sitq; b maior et primus ad a per vltimam tertij quero multiplicem ad a: qui addat sup multiplicem b numerum c. sitq; huiusmodi multiplex ad a numerus d que numerat a fm fiet multiplex ad b sit e. dico suppartientem cuius denotans partium sit e multiplex b: et numerus partium sit f esse vnam suppartientem que queritur. nam a in f partes illas ductus siles partes pducit: quaz numerus est d: ideo numerum pducunt sed et supfluit partes fm numerum c que non numerant b: ergo a et suppartiens ptiu f denotataz ab e que sit g constituent pportioem multiplicem suppartientem. et hoc pacto quotquot voles quere.

Proposita suppartiente multiplices perscrutari: que cum eadem multiplices sup- 34
 partientes constituent.

Sit a suppartiens data et b denotans ptes: exo numerus partium: et sit d maior b vno/ducaturq; c in d et pueniet multiplex b et insup totidem ptes. quare multiplex denotata ab d cum suppartiente assignata a pstituet multiplicem suppartientem. et ita fiet si qlibet multiplice ad b maior vno sumat vt e et f. Neq; has ppones que inuentionem pponit accuratius exequi curant: que vbi exactior psecutio facta fuisset etiam legentibus allatura fuisset fastidium.

Supparticularis et simul multiplex supparticularis cum eadem multiplice: similes 35
 producant pportiones.

Sit a pportio multiplex/ et b pportio supparticularis/ et c pportio multiplex supparticularis sit Dico pportioes compositas ex b et a: et ex c et a esse siles. nam cu supparticularis denotetur ab vno et parte/ et multiplex supparticularis denotetur a numero et eadem parte: numerus igitur multiplicis in vnum et numerum ductus semp facit numerum. addito igitur vtrobiz qd sit ex eodē multiplicis numero in partem que superest si cum vno numero facit et cu reliquo facit eodem: et si cum vno pars vel partes supfluit: itidem et cum reliquo. quare puenient siles pportioes. Id tamen aduerte qd si qritas denominatiōis crescit in altera pductaz qd maxime in suppartientibus accidere solet: non tñ inde genus pportionis mutabitur.

Quacumq; pportioem suppartiens cum multiplice constituit: eiusmodi etia cum 36
 eadem efficit simul multiplex suppartiens.

Sit a multiplex: b suppartiens: quecuq; et c simul suppartiens multiplex. dico b et a simul/ item c et a simul similem constituere pportioem. huius vt precedentis demonstratio est.

Si ab unitate numeri continue disponatur: et singuli ad pproximos descēdendo consi- 37
 parētur: fient oēs supparticulares pportiones: tanto minores qto remotiores. ad unitatem vero omnes multiplices: tanto minores quanto ppinquiores

Sint a/b/c/d/e/f/g/h/k numeri ab unitate continue sumpti: dico pmo k ad h esse supparticularem pportionem. et h ad g. et g ad f. sicq; deinceps vsq; ad unitatem. et k ad h minorem esse pportioem qd h ad g et cetera inferiores. et h ad g minorem qd cetera inferiores. nam cu unitas sit cuiuslibet numeri pars: et quilibet superiorum addat unitatem ipsam tñ excludendo sup pproximum inferiorem: ergo per diffinitionem k ad h et h ad g atq; ita deinceps: est pportio supparticularis. et quia per conceptioem pars ea minor est que maiorem habet denotationem et unitas similiter per conceptioem sit cuiuslibet numeri pars ab ipso denotata: ergo pportiones ille ab unitate remotiores: que a minori parte denominantur sunt minores. et quanto ipsi unitati ppinquiores a maiori parte denotantur: quare tum crūt maiores. et si tota series numerorum esset ordiata: omnes supparticulares specie quidem habite essent non aut fm numerum accepte. nam ea pportio que est ternarij ad binarium: est senarij ad quaternarij et duodenarij ad octonarium: non tamen due vltie in ordine proximorum numerorum essent accepte. Secūdo dico omnes cōsimiliter pcontinue ad unitatem sumptas esse multiplices tanto minores qto ipsi unitati viciniores. nam a primus post eam numerus bis eam ptingit et b ter et c quater. et ita psequēter fm oēs species multiplicium sed et pcontinue a maiore numero denotat multiplex. et qto unitati vicinior a minore: nullus enim binario minor est. est igitur cognitum quod erat demonstrandum.

Si a cōmuni angulo naturalis series numerorum in longum et latum extendatur: 38
 et ipsis inuicem multiplicatis: et qui pueniūt in angulari cōuentu positus: si singulorum ordinum ad primum fiat collatio ordo cōtinuus multiplicium pcedet: si ad pproximos preterq; ad primum ordo supparticulariū. et qui circa diametrum collocati sunt: oēs erunt quadrati. qui vero his hinc inde pproximi: sunt altera parte longiores.


Longitudo.

| | | | | | | | | | | | |
|--|----|----|----|----|----|----|----|----|----|------------------|--------------------------|
| L o n g i t u d o. | 1. | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | Compartio vbiq; ad primā |
| | 2 | 4 | 6 | 8 | 10 | 12 | 14 | 16 | 18 | 20 | Dupla ad eandem. |
| | 3 | 6 | 9 | 12 | 15 | 18 | 21 | 24 | 27 | 30 | Tripla ad eandem |
| | 4 | 8 | 12 | 16 | 20 | 24 | 28 | 32 | 36 | 40 | Quadrupla ad eandem |
| | 5 | 10 | 15 | 20 | 25 | 30 | 35 | 40 | 45 | 50 | Quincupla ad eandem. |
| | 6 | 12 | 18 | 24 | 30 | 36 | 42 | 48 | 54 | 60 | Sescupla ad eandem. |
| | 7 | 14 | 21 | 28 | 35 | 42 | 49 | 56 | 63 | 70 | Septupla ad eandem. |
| | 8 | 16 | 24 | 32 | 40 | 48 | 56 | 64 | 72 | 80 | Octupla ad eandem. |
| | 9 | 18 | 27 | 36 | 45 | 54 | 63 | 72 | 81 | 90 | Noncupla ad eandem |
| | 10 | 20 | 30 | 40 | 50 | 60 | 70 | 80 | 90 | 100. | Decupla ad eandem. |
| | | | | | | | | | | Sesquimonia | |
| | | | | | | | | | | Sesquioctava | |
| | | | | | | | | | | Sesquiseptia. | |
| | | | | | | | | | | Sesquisepta | |
| | | | | | | | | | | Sesquiquinta | |
| | | | | | | | | | | Sesquiquarta | |
| | | | | | | | | | | Sesquitertia | |
| | | | | | | | | | | Sesquialtera. | |
| | | | | | | | | | | Dupla. | |
| | | | | | | | | | | trineq; primi | |
| | | | | | | | | | | Compartio ad ali | |

Formata ergo hac mensura Pythagore et dispositis ut pponit propositio numerorum ordinibus: dico primo quod si singuli ordines ad primum comparentur puenire per ordinem multiplices. nam cum vnitas sit caput prime linee: et secunde linee caput primusque numerus sit binarius. est ergo primus numerus scilicet linee primo numero duplus et primus multiplex. et quia binarius multiplicat omnes numeros prime linee: et ex multiplicatione continue scilicet linea preceat et secundus numerorum ordo. ergo per diffinitionem quoties vnitas in binario toties continue singuli primi ordinis in singulis secundi existunt. igitur singuli secundi ordinis ad singulos primi dupli sunt atque eque multiplices. et quia primus tertij ordinis est triplus primo primi qui est vnitas et ex continua multiplicatione singulorum primi ordinis per ipsum producantur singuli tertij ordinis: ergo per idem quod prius singuli tertij ordinis sunt tripli ad singulos primi ordinis. hac quoque ratione probabis singulos quarti ad singulos primi esse quadruplos: et quinti quincuplos: sicque deinceps. Secundo dico quod si fiat comparatio tertij ordinis ad secundum et quarti ad tertium et quinti ad quartum et sexti ad quintum: et ita sequenter continue supparticularium ordines surgere. nam continue videmus singulos horum et singulos illorum ex ductu duorum primorum numerorum descendendo ab vnitate sumptorum in eos enasci. at per precedentem illi numeri continue seriem supparticularium complent. igitur et singuli posterioris ordinis ad priorem ordinem sibi retinebunt proportionem. quod est secundum. Tertio dico numeros qui constant circa diametrum esse quadratos. illi enim sunt quorum caput est vnitas: et supremus est omnium maximus quasi longissima linea: et numerorum ordines quasi ex equo per medium secantes. quos dicimus esse quadratos. nam illos continue videbis ex lateribus equalibus productos vno spatio secundum numerorum seriem crescentibus. erunt igitur omnes quadrati. et si lineas ad eorum latera equidistanter protraxeris: continue quadrata concludes figuram. Quarto dico numeros hinc et inde quadratis alitersecus prime adiacentes: esse altera parte longiores. nam omnes illi secundum numerorum seriem producantur ex lateribus vno distans: quod vnus eorum latus sit quadrati latus: et alterum sit vno latere eiusdem quadrati minus. sicque tota cognoscitur proportio. Et ex hoc quoque notum esse potest quod si singuli altera parte longiores singulis quadratis quibus alitersecus circumsunt comparentur: a proportione dupla omnes supparticularium species preceantur: ut duo primus altera parte longior vnitati primo quadrato comparatus est duplus. et 6 altera parte longior ad 4 secundum quadratum relatus per secundam partem huius est sesquialter. et 12 tertius altera parte longior ad 9 tertium quadratum per idem est sesquialter: et hoc pacto sequenter. Et idem de supparticularium speciebus euenerit: si primum altera parte longiorem secundo quadrato et secundam altera parte longiorem tertio et tertium quarto. et hoc pacto deinceps comparaueris. Et rursus si primum altera parte longiorem inter primum quadratum et secundum collocaueris: similis proportionum habitudo seruatur: eritque continue proportio dupla. Et si secundum altera parte longiorem inter secundum quadratum et tertium collocaueris: continue sesquialtera habitudo seruabitur ex prima et secunda parte huius. et ita sequenter reliquas supparticularium diuersas habitudes reperias si reliquos longilateros numeros suis quadratis medios infueris: ex quibus digna illa contemplatio ad Pythagoricam et Platoniam intelligentiam momentum habens quod de quadratis et altera parte longioribus diuus Seuerinus 33 capite secundi sue Arithmetice elegantissime affert: vel perspectissima esse potest.

39 Si supparticulares ab vnitate sumantur: binis et binis distinctim diuisis prima multiplicium: ac consequenter omnium supparticularium species puenire conueniet.

Sint a/b/c/d/e/f/g/h/k continue ab vnitate sumpti supparticulares numeri: et coniungantur distinctim bini et bini scilicet c a. e c. g e. et k g. dico c ad a esse primam multiplicium et e ad c et g ad e et k ad g continue constitutere species supparticularium. nam per penultimam erunt a/b/c/d/e/f/g/h/k numeri continue ab vnitate sumpti: sed et vno spatio intermisso hoc pacto binis et binis distinctim sumptis: sumuntur omnes ab vnitate pares. quare per decimaoctauam septimi ipsorum continue sunt eadem proportionem que numerorum ab vnitate continue dispositorum. at binarij ad vnitatem est prima multiplicium et sequentium ad suum precedentem est series supparticularium. constat igitur quod erat demonstrandum.



¶ Si ppositis ab unitate quadratis: nūeri eis vno minores sumātur: supparticlares ab illis dicte: proportionum ab unitate crunt differentie. 40

| | | | | | |
|---|---|---|----|---|----|
| c | 4 | f | 16 | k | 25 |
| b | 3 | e | 9 | h | 8 |
| a | 2 | d | 4 | g | 3 |
| | 1 | | | | |

¶ Sit unitas: et numeri post ipsam a b c: et quadrati eorū d e f: et minores eis vno g h k. dico supparticulares denotatas ab g/h/k que sint d ad g. e ad h. et f ad k: esse differentias proportionum ab unitate sumptarū d ad g esse proportionem qua abundat dupla sup sesquialteram et e ad h esse qua abundat sesquialtera sup sesquialteram: hūcq; in in modum psequēter. Nam p primam quiti differentia qua abundat a ad unitatē. et b ad a est pportio q̄ sit ex pductis a in se et unitatis in b: sed a in se facit d q̄nquidē d est eius quadratus et unitas in b per scdam et decimānonam primi q̄tum g. igitur pportio d ad g est differentia pportionis a ad unitatem et b ad a. et hac rōne ostēdetur pportioem e ad h esse differentiam pportiois b ad a et c ad b. et ita de quibuslibet consequēter. quod est propositum.

| | | | | | | |
|---|----|----|---|---|---|---|
| b | 16 | 15 | 5 | 4 | 4 | 1 |
| a | 9 | 8 | 4 | 3 | 3 | 1 |
| | | | 3 | 2 | 2 | 1 |
| | | | | | | |

¶ Si ordinētur p̄tinue multiplices et supparticulares: erit vt extremarū multiplicium quelibet due coniūcte minus sint q̄ media duplicata vel due medie coniūcte: supparticulares vero maiores. 41

¶ Sint primo p̄tinue multiplices a b c: dico cōpositam ex a et c minorem esse pportioem q̄ pportio b duplicata. nam quia denotantes p̄tinue equaliter se excedūt: ergo per scdam primi denotans b est medietas denotantū a et c simul sumptorū. et p decimānonam eiusdē denotans b in se maiorem pducit numerum q̄ a in c. at p octauam huius b in se pducit equalē compositē ex pportione b duplicata que per vicefimāscdam huius erit multiplex. et denotans a in denotantem c: pducit denotantem per idem multiplicis ex a et c. igitur multiplex ex b duplicata: a maiore nūero denotata q̄ multiplex pposita ex a et c maior est multiplice cōposita ex a et c. q̄ est primū. Sint secūdo d e f p̄tinue sumpte supparticulares quaz d sit maxima: et differentie eaz g et h. dico pportioes d et f simul maiorem p̄tinuere proportionem q̄ sit pportio e duplicata. nam q; per precedētē partes g denotant a minori numero et partes h ab maiori: nam a numeris cōtinuorū quadratorū vno minoribus. ergo per primam huius pportio g maior est pportioe h. at d et f sunt tanq̄ e g et f. nam d per se tm̄ est q̄tum e g. et e bis tanq̄ e f et h. et monstrata est e maior h. igit per quintam quinti erūt d et f maius q̄ e duplicata. et hoc modo facile idem p vtraq; parte ostendas si due ponātur medie pportioes. sicq; cōcluditur propositum.

| | | | | |
|------------------------------|----|----|----|---|
| | 20 | 12 | 12 | 1 |
| Compositae mediarum. | | | | |
| | 18 | 10 | 10 | 1 |
| Compositae extremarū. | | | | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 6 | 5 | d | 5 | 1 |
| 5 | 4 | c | 4 | 1 |
| 4 | 3 | b | 3 | 1 |
| 3 | 2 | a | 2 | 1 |

¶ Si impares post ternarium p̄tinue sumpti: ad nūeros post binarium naturali serie ordinatos comparētur: exhibunt suppartientes p̄tinua denotatione crescentes. 42

¶ Sint a b c numeri post binarium cōtinue sumpti: et d e f sumpti cōtinue impares post ternarium. dico d ad a/ et e ad b/ et f ad c suppartientes p̄tinua denotatiōe crescentes. nam cū differentia imparium sit binarius d addit sup a binarium qui minor est eo vno. igitur d ad a est supparties. et itē cum differentia imparium sit binarius: et nūerorū ab unitate dispositoz differentia sit unitas: addet e sup b vno plus q̄ d sup a. sed et q; c/e/f sunt continue impares: addet f sup c adhuc vno plus q̄ e sup b. crescent igitur differentie imparium sup nūeros ab unitate sumptoz sicut et ipsi nūeri: ita q; cōtinue precedēs est differentia imparis sup sequētem. sed numeri unitate distātes sunt p̄tra se primi. igitur differentia q̄ est numerus precedētis ad sequētem numerorū ab unitate dispositoz: non est pars sequētis. est igitur p primam p̄mi eius ptes. erit igit pportio e ad b suppartiens/ et f ad c supparties. et q; sue partes fm numerorū unitate dispositoz p̄tatem crescent: erūt et eaz p̄tinue crescentes denotationes: imo et quia denotant a numeris p̄tra se primis p̄tinue pcedent diuerse suppartientū species. q̄ est propositum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| f | 9 | c | 5 |
| e | 7 | b | 4 |
| d | 5 | a | 3 |

¶ Si compositus ex primo pari et impari et qui ex reliquis imparibus eodem p̄iūctis aggregātur: ad numeros a duobus dispositos comparētur: pueniēt diuerse multiplici ces supparticulares fm nūeros multiplicium et denotationes partium siles habētes. 43

¶ Sint a b c d nūeri a binario p̄tinue succedētes: sintq; e/f/g/h nūeri a ternario p̄sequēter impares sitq; k compositus ex a et primo pari et impari. et l compositus ex f et k. et m cōpositus ex g et l. et n ex h et m: dico k/l/m/n cōp̄atos ad a/b/c/d/ facere multiplices supparticulares fm nūerum multipliciū et siles partium denotationes. nam k pponit ex a et binario et ternario. at e addit sup a partem vnam ab ipso denotatam scz vnam mediam seu scdam q̄ idem valeat: ergo k comparatus ad a bis ipm p̄tinet et eius mediam et ad ipm est primus multiplex supparticularis. sed et p decimānonam septimi f cōponitur ex a et b. et g ex b et c. et h ex c et d. et per septimā sexti quadratū cuiuslibet addit sup quadratū primi q̄ ex ipsis cōponit vt quadratum b sup quadratum a: q̄tum q̄ cōponit ex a et b. et quadratū c sup quadratum b q̄tum cōponit ex b et c. et ita deinceps. et quia k addit sup quadratū a unitatem: l similiter addet sup quadratum b: et m sup quadratum c: et n super quadratum d unitatem. quare singuli eorū singulos illoz cōtinent fm se et partem p̄ conceptiōem ab ipsis dictam. erūt igitur p̄sequēter fm ipsos: multiplices supparticulares. quod est propositum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|----|
| d | 5 | h | 9 | n | 26 |
| c | 4 | g | 7 | m | 17 |
| b | 3 | f | 5 | l | 10 |
| a | 2 | e | 3 | k | 5 |

¶ Si duo p̄mi impares p̄iūgant: cōpositoq; reliqui ipares applicētur: erit vt pportiones cōpositoꝝ ad nūeros post binarium sumptos sint diuerse multiplices suppartientes et ab eodem numero et partes numeratas et multiplices denotatas habētes. 44

¶ Sint duo primi ipares a et b: et cōposit⁹ sit c: sintq; reliq; ipares d e f qui addāt p̄posito c: sintq; aggregati g/h/k/ et l/m/n/o/ numeri p̄tinue post binariū sumpti. dico c ad l/ et g ad m/ et h ad n/ et k ad o diuerfas eē multiplices suppartientes et singulas ab eodem numero multiplices denotatas et partes

| | | | | | |
|---|---|---|----|---|----|
| o | 6 | k | 35 | f | 11 |
| n | 5 | h | 24 | e | 9 |
| m | 4 | g | 15 | d | 7 |
| l | 3 | c | 8 | b | 5 |
| | | | | a | 3 |

numeratas. nã b addit super a binariũ: ergo c bis continet a illi superaddēs binariũ. sed binarius est vno minor a: ergo est eius totidē partes. est igitur c ad a prima multiplex superparties: quare z ad l. qz a et l sunt idem numerus. Item qz vtrivsum est c addit binariũ super eo qd fit ex binario in a. et binarius in m per nonã primi facit c: ergo c bis cōtinet m. sed et per decimã nonã septimi d cōstat ex l et m: z g cōstat ex c et d. ergo g cōtinet ter m. z insuper l tres scz eius partes. eritqz g ad m secūda multiplex superpartiens. et hunc in modũ probabis l in n cōstituire g. z per decimã nonã septimi m n cōstituire e. z h cōtinere n secundũ m. et insup m quattuor scz partes n. et ita cōsequenter inuenies multiplicium denoiationes et ab eodē numero superpartientũ partes numeratas: qd est propositũ.

45 ¶ Si due diuerse superparticulares conuigantur composita aut erit dupla aut super particularis aut superpartiens.

¶ Sint a b c d e f quotlibet per ordinẽ superparticulares: dico qd si due quelibet simul iungantur compositam esse aut duplã aut superparticularẽ aut superpartientem. nam si a et b sesquialtera et sesquitercia cōiungis cōposita erit dupla. nã constituta dupla: inuenis per primã quinti sesquitercia pportionem qua abundat dupla super sesquialtera. constituet igitur due prime duplã. sed si cum a aut c aut d aut e aut f cōiunxeris: qz per tricesimã septimã huius quelibet est minor b cōposita pportio erit illa dupla minor et ideo nõ multiplex. est enĩ dupla per eandẽ tricesimã septimã huius multipliciũ minima: igitẽ cōposita pportio aut erit superparticularis aut superparties: quod est propositũ.

46 ¶ Superparticularem inuenire: cum qua quotlibet superparticularium quelibet: superparticularem componant.

¶ Sint a b c quotlibet numeri ab vnitãte pportionales: et sit d primus ad a qui idẽ etiã per vicesimã septimã quartũ erit primus ad b et c z cōiungatur d cuilibet eorum et proueniãt compositi e f g. eritqz per nonã tertij quilibet eorũ ad quelibet eorũ et quotlibet alios illius ordinis pportionalĩ primus. sumo iterũ cōtinue pportionalẽ post primos qui sit h et per vicesimã quintã tertij minimũ quẽ numerant d e f g qui sit l: qui per vicesimã septimã tertij erit primus ad h. ut itẽ per vltimã tertij l multiplex h z m multiplex l. addatqz l super m q̄tum est d. deinde addo sigillatĩ ad l numeros a b c et proueniãt cōpositi n p q: manifestũ est l esse superparticularẽ ad m. nã ei superaddit suã partem scz d: sed et n ei superaddit d z a quod est e. et p ei superaddit d et b quod est f. z q ei superaddit d et c quod est g. z per vicesimã tertiam primi e f g quilibet est pars m: qz est pars l. igitur n p q pariter et l sunt superparticulares ad m. constare ergo potest propositum.





47 ¶ Data superparticulari: quotlibet alias inquirere quarum quelibet cum eadem: superpartientem efficiat.


¶ Sit a denominãs partem date superparticularis. sumo ab vnitãte cōtinue pportionales quorũ ipse sit vnus qui sint a b c. dico pportionẽ superparticularẽ dictã ab a cum superparticulari cuius pars denominat ab b vel ab c constituere superpartientẽ: qualĩ presens proponit inuentionẽ. nam cōposita ex pportione superparticulari denoiata ab a et denoiata ab b habet in denoiatione suã vnũ et partes q̄ dicũtur ab a z ab b per octauã huius. quidẽ partes per quartã huius denominãtur ab eo qd fit ex a in b qui sit d sed ille per decimã tertĩã huius nõ constituunt partẽ: ergo cũ pportio cōposita ex demõstratione penultime nõ sit multiplex neqz superparticularis: qz partes compositæ non cōstituunt partẽ vnã. relinquit ergo compositã esse superpartientẽ: z ita de qualibet alia.

48 ¶ Omnis superparticularis cũ qualibet superpartiente: cōstituit pportionẽ tripla minorẽ ¶ Nam dupla cũ sesquialtera que per tricesimã septimã huius est maxia superparticulariũ pponunt per correlariũ vicesimetertie huius triplã: sed ois pportio superpartiens est minor pportione dupla igitur quecũqz pportio superparties cũ maxima superparticulari aut minori superparticulari p quintã quinti cōstituet pportionẽ tripla minorẽ: quod est propositũ.


49 ¶ Datã pportionẽ que tripla minor sit: in superparticularẽ z superpartientẽ partiri.

¶ Sit primo superparticularis quecũqz data que hoc modo diuidi petatur. capio a z b minores terios a quidẽ minorẽ z b maiorẽ inter quos cōsistat. qui per tricesimã septimã huius erunt numeri in continua serie numeroz sumpti: solaqz vnitãte distãtes. sitqz c cōpositus ex eis cui addatur a et pueniat d: quoquidẽ maior vnitãte sit e z ducãtur a et b in d et proueniãt f et g. eritqz per octauã secūdi pportio g ad f ea que b ad a. Itẽ duco a in e z pueniat h: addetqz h super f per nonã primi q̄tum e a: et a est ps f. nã a positus est numerare f secundũ d: igitur h ad f est pportio superparticularis. Item qz b est maior a vnitãte per decimã primi g addit super f q̄tum est d. ergo g addit super h minus d quantũ est a: sed subtracto a ab d manet c. igitur g addit super h quantũ est c z per nonã z decimã tertij c est primus ad g. erit itaqz g ad h pportio superparties: quare pportio superparticularis assignata que est g ad f in duas diuisa est: scz h ad f superparticularẽ et g ad h superpartientẽ: quod est propositũ quo ad hoc. Secundo sit superparties inter a et b minimos terminos: sitqz b maior terminus et ducatur b in se et in a et proueniãt c z d. eritqz per septimã secūdi pportio c ad d ea superparties que b ad a. Item addo a ad d et proueniãt e. per decimã primi a numerabit e secundũ numerũ vno maiorẽ b. quare e ad d est superparticularis. et quia per decimã tertij e est primus ad b: ergo per vndecimã eiusdem est etiam primus ad c. et cum differentia c ad e non sit vnitãs sed vnitãte maior: ergo non erit superparticularis. Relinquitur igitur c ad e pportionẽ esse superpartientem: quare superparties assignata c ad d diuisa est in duas: scz e ad d superparticularẽ z c ad e superpartientem quẽadmodũ erat propositũ. Tertio sit






inter a et b pportio dupla que qz vt demōstratum est in quadragesimaquinta huius constat ex sesqualtera et sesquitercia subtrahat per primā quinti pportio supparticularis c ad d quecūqz minor sesquitercia a pportione a ad b: sitqz residua e ad f qua abūdat a ad b super c ad d. et qz maior est pportione sesqualtera que est maxia superparticulariū neqz est multiplex: qz pportio a ad b est minima multipliciū que nō resoluitur in multiplices. reliquitur ergo pportionē e ad f esse suppartientem. et qz c ad d et e ad f cōstituunt pportionē a ad b constat pportionē duplam in supparticularē et superpartientem esse diuisam. Quarto sit inter a et b quelibet pportio a dupla ad triplā cōstituta: sitqz inter cet d pportio cōposita ex dupla et sesquitercia si pportio a ad b est minor pportione c ad d. ergo subtracta pportione sesquitercia a pportione a ad b remanebit pportio minor dupla: sed maior sesqualtera. quare illa residua erit superpartientis: et sic pportio a ad b esset cōposita ex supparticulari vt sesquitercia et suppartiente atqz in eas diuisibilis. et si a ad b sit equalis c ad d aut maior: qz pportio addita duple in pportione a ad b: erit minor sesqualtera cū dupla et sesqualtera per correlariū vicesimetertie huius constituat triplā. et sesqualtera addita sesqualtere minus cōstituat qz dupla cū sesquitercia qz sesqualtera et due sesquitercie plus sint qz sesqualtera sesquitercia et sesquioctaua. at per primā quinti hē cognoscitur equari duplate sesqualtere: et illi duple et sesquitercie. ergo subtracta sesqualtera de pportione a ad b remanebit pportio minor dupla: sed et maior sesqualtera. quare suppartientis. esset itaqz pportio a ad b in pportionē supparticularē sesqualterā et superpartientem quomodo propositū est fecabilis: quod est propositum.



¶ Maxima superpartientē inuenire: que ex duabus supparticularibus pducitur. 50
¶ Sit a ad b pportio sesqualtera et c ad d pportio sesquiquarta: sitqz e ad f pportio ex his cōposita dico pportionē e ad f esse maximā suppartientem que ex duabus supparticularibus pducitur. nā qz dupla ex quadragesimaquinta huius producit ex sesqualtera et sesquitercia que sunt maxie supparticularis: ergo pportio e ad f est minor pportione dupla. sed et eadē maior est sesqualtera: qz ex ea cum altera cōposita sit. ergo e ad f est pportio suppartientis: sed et quelibet minor supparticularis cū pportione a ad b sesqualtera: aut c ad d sesquiquarta p quintā quinti minorē pportionē cōstituet qz e ad f. est igitur e ad f maxima suppartientis ex duabus supparticularibus pducta: quod est ppositum.




¶ Superpartientē inuenire: que in duas superparticulares diuidi non possit. vnde patet qualibet superpartiente aliam esse maiorem. 51

¶ Sit b ad a maxima pportio suppartientis per pcedentē cognita: que ex duabus supparticularibus pducta sit et differētia b ad a sit c manifestū est a esse maiore c suis quidē partibus. capio itē numerū d vno minore b: et tunc pportio a ad c: qz a maiore parte denotatur maior est qz pportio b ad d. addo ergo d cū b et fiat e: manifestū est e ad b esse superpartientē cum cōtineat b et d eius ptes. et per secundā partē decimequinte secūdi erit maior pportio e ad b qz b ad a. et qz pportio b ad a diuidit in maxias supparticulares constituētēs suppartientem vt ex pcedenti cognoscit et suppartientis e ad b sit maior superpartiente b ad a. nō diuidet ergo suppartientis e ad b in duas minores qz b ad a: neqz in easdem in quas diuidit b ad a. relinquit ergo in nullas duas supparticulares superpartientē e ad b posse diuidi quod est propositū. Et correlariū ex modo demōstrationis cognoscit.

¶ Sola multiplice qualibet non potest sumi minor: et sola superparticulari qualibet non potest sumi maior. 52


¶ Dico primo qualibet multiplice posse sumi maiore. nā per tricesimaseptimā huius oēs numeri ad vnitatē pparati cōstituunt multiplices et tāto maiores quāto ab vnitare remotiores et series nūerorū in imensum euadit. igitur qualibet multiplice potest sumi maior. Secūdo dico qz nō qualibet multiplice potest sumi minor. nā per eādē quāto numerus ppinquior vnitare fuerit: tanto ille ad vnitatē minorē cōstituit multiplice. at descēdendo nō abitur in infinitū. non igitur qualibet multiplice est dare minorē qz in aliis minime quēadmodū monstrabit accidit. Tertio dico qualibet supparticulari esse minorē. Nā pars per primā huius que a minori numero denotatur maior est: et quāto a maiori minor. et qz series numerorū in infinitū succrescit: nō dabitur pars adeo parua qua minor dari non possit. qualibet igitur supparticulari potest dari minor. Quarto dico nō qualibet supparticulari esse maiore. nā pars que a numero ppinquiore vnitati denominat maior est: et qz nō contigit numerū in infinitū decrescē dabit ergo tandē supparticulariū maxima. at vtriusqz oppositū vt iam ostēsum est in multiplicibus accidebat. Quinto dico qualibet suppartiente esse maiore. hoc ex correlario pcedentis notū est. Sexto dico omni suppartiente esse minorē. nam quacūqz data vtriusqz causa suppartiente tertias sumo aliā a totidē partibus: denominatis a maiore numero quē nō numerēt: vt suppartientē quitas quidē qz a totidē minoribus ptibus denominat: neqz pluribus erit minor suppartiente data. qua suppartiente quitas suppartientis septimas minor est et hac suppartientis nonas: sicqz cōsequēt fm crementum numerorū infinitū: quod est ppositum. potest et id vltimū ostendi ex tertia parte presentis: adiuvante quadragesima nona huius.



¶ Quilibet due suppartientes coniuncte: pportionē quadrupla minorē constituēt. 53
¶ Sit inter a et b pportio superpartientis: itidem inter b et c. dico pportionē a ad b et b ad c simul: minorē quadrupla constituere pportionem. nam a est minus duplo b: et b similiter minus duplo c. ergo a ad c per quintam quinti est minor pportione quadrupla: que per octauam huius ex duabus duplis constat. est ergo clarum ppositum.


54 **¶** Datā proportionē que quadrupla minor sit in duas superpartientes diuidere.

¶ Sint date proportionis minimi termini a et b: qui coniuncti faciant d: sitq; e maior d vno qui coniuncti faciant f: cui addatur equale d. sitq; totus f g: ducaturq; a in f g et pueniat h: et ex a b in eūdem fiat h l. patet igitur q; ex b in f g fit l: et ex b in g fit l. quare ex b in f fit l. sit item c triplus ad a et ex c in g fiat m: sitq; n equalis l. per octauam secundi erit proportio h l: ad h tanq; a b ad a. et quia a b per hypothesim est minus q; quadruplū a: est ergo b minus q; triplum a. quare minus q; c. et quia g est equale d et n equalis g: constat m esse equalem vel multiplicem ad d per duodecimā primi. Item q; d et e sunt contra se primi: ergo per nonam tertij f erit ad vtrunq; primus. et per eandē f et g simul ad d primus. et q; a est minor d et ad ipsum primus per eandē nonam: quod sit ex a in f g scz h non numerabitur per decimā eiusdem ab d. et q; d numerat l et d nō numerat h: ergo l per vicesimā tertiam primi nō numerabit h. et quia f g maius est q; triplum d: ergo maius erit h q; n: maius ergo q; l. erit ergo l partes h. et eadem ratione q; a b est minor et primus ad f nō numerabit f quod sit ex a b in f g: scz h l. et q; f numerat l: ergo l nō numerabit h l: quare neq; h l. et q; per nonā primi l est quātum l: bis et b. et n est equalis l et m equalis vel maior d et maior b et h maior m n: erit h l maior l. erit igitur l partes eius. constat itaq; h l ad h esse superpartientē et h l ad h l: etiam esse superpartientē: in quas diuisa est proportio que est inter a et b: factumq; esse propositum.




55 **¶** Omnis multiplex superparticularis addit super similem multiplicē: superparticularē a numero qui sit ex ductu numeri multiplicis in numerū partis denominatā.

¶ Sit b ad a proportio multiplex superparticularis: sitq; c ad a similis multiplex. dico proportionē b ad a addere super proportionem c ad a superparticularē denominatā a numero qui sit ex ductu numeri multiplicis in numerū denominatē partis superparticularis. Sit enī d quo abundat b super c et denominās multiplicis sit e et denominās superparticularis sit f: manifestū est ergo q; a erit in c secundū e: et d in a secundum f. fiat ergo g ex e in f: eritq; per vicesimā tertiam primi d in c secundū g. quare b continebit c et partem denominatā ab g. continet igitur proportio b ad a proportionē superparticularē denominatā ab g numero qui sit ex ductu e denominātis multiplicis in f numerū denominatē partis superparticularis: quod est propositum.




56 **¶** Omnis multiplex superpartiens cuius multiplicis numerus partes numerat: addit super eandem multiplicē: superparticularē ab vna partium denominatā.

¶ Sit proportio b ad a proportio multiplex superpartiens: sitq; d numerus denominās multiplicē scdm quē sit sumptus numerus partium b ad a. dico proportionē b ad a addere super similem multiplicē: superparticularē denominatā ab vna illarum partium. Sumo enī c ad a similem multiplicē. et q; b maior est c: sit f quo abundat b super c. q; enī f est pars a sumpte scdm d et denominatē ab a: et a est pars c denominatā ab d. et cū ex d in a fiat c ex f in a fiet c. est ergo f pars c denominatā ab a. continet igitur b ad a proportionem superparticularē super proportione c ad a denominatā ab vna partium superpartientis: quod erat demonstrandum.




57 **¶** Multiplicē superpartientē inuenire: que super totā multiplicē addat superparticularē: cū sint numerus partium et numerus denominās multiplicē dati cōmensurabiles.

¶ Proponit hec: q; si dati numeri quorū vnus denotat multiplicē et alter est numerus partium simul multiplicis superpartientis: sint adinuicē cōmensurabiles inuenire multiplicē superpartientē que super similem multiplicē addat superparticularē. Sint pmo a numerus denominās multiplicē et b numerus partium dati cōmensurabiles. sitq; b numerus sumptus scdm a et per pcedentē factum erit propositum. Sint scdo a et b cōmensurabiles: sed b sit pars a et adiuuante pcedente p vicesimā tertiam primi cōcludes propositū. Sit tertio a pars b dicta ab c: sumo quēlibet numerū maiorē a: quē tamen nō numeret qui sit d: et duco c in d et pueniat e. et q; c in a facit b: erit e maior b. et q; p septimā secūdi b ad e sicut a ad d et a nō numerat d. igitur neq; b numerabit e. duco a in e et pueniat f: cui adiuncto b fiat g. dico ergo g ad e esse superpartientē que querit. nam g cōtinet e secundū a et insup b partes e. et q; b est pars f q; e multiplex sit ad c: et a in c faciat b. addet igitur g sup f multiplicē ad e denominatū ab a: numerū b eius partē: quod est propositum. Quarto sint a et b cōmensurabiles: sed neuter alterū numeret. et sit c maximus eos numerās: numeretq; c numerū b scdm d. capio e quēcunq; numerū maiorē c: quē tamen c nō numeret: quē duco in d et pueniat f qui erit maior b: neq; ab eo numerabitur. dico ergo vt in pcedenti parte imediate mōstratū est: proportionem superpartientē denominatā ab a et a partibus dictis ab f sumptis secundū numerum b: addere super multiplicem dictam ab a: superparticularē. hoc vt in pcedenti parte monstratur: sicq; totum construitur propositum.



58 **¶** Multiplicē superpartientē cuius multiplicis numerus et numerus partes numerās fuerint adinuicē primi: super similem multiplicē: superpartientē addere necesse est.

¶ Sit a numerus multiplicis et b numerus partium superpartientis: sintq; a et b numeri adinuicē primi dico multiplicē superpartientē denominatā ab a et partium b: super similem multiplicē addere proportionē superpartientē. sit enī c denominās partes b manifestū est c esse maiorē b: neq; b ipm numerare duco ergo a in c et fiat d per vicesimā primam tertij b nō numerabit d. addo igitur b super d et fiat e: q; enī e continet c secundū a. et insup partes c sumptas secundū b est proportio e ad c multiplex superpartiens denotata ab a et partium b. sed et proportio d ad c est multiplex dicta ab a: et e addit super d



numeri b qui monstratus est partes d. constat itaq; pportione multiplicē superpartientē dictā ab a: et partū b addere super similitē multiplicē: vt pponebat pportione suppartientē: qd est propositū.

Sola superparticulariū sesquialtera multiplicē superparticularē procreat.

Est a ad b sesquialtera et b ad c similiter. manifestū est pportione a ad c compositā esse ex duabus sesquialteris et a continet b et eius medietatē que sit d: et b continet c et eius medietatē que sit e. et quia per quintā secundū d ad e sicut b ad c: ergo d continet e et eius medietatē. d ergo et e simul tantū sunt q̄tum c et vna pars dicta ab c. continet ergo a numerū c bis: et vnā eius partē. q̄ a contineat c et d e totā differentiā a ad c: quare due sesquialtere cōstituunt multiplicē superparticularē. Secundo ostendit nullā aliam supparticularē duplicatā constituere multiplicē superparticularē. et sūto a b c pportiones alte supparticulares: vt pportio a ad c sit pportio a ad b duplicata. a continet b et partem eius que sit d: quequidē bis sumpta minuit a toto aut seipaz semel si esset tertia: aut bis si quarta: aut pluries fm q̄ minor pars fuerit. et similif b continet c et similitē partem eius que sit e. et q̄ d ad b sicut e ad c: ergo d ad e sicut b ad c. continet ergo d semel e et eius vnā similitē partem: ergo d et e simul minus sunt q̄ c. quare a ad c nō est multiplex sed et cū d et e sint contra se primi vt supponim⁹: d et e simul per nonā tertij est primus ad e. sed et per vndecimā eiusdē c etiam erit primus ad d et e simul. ergo d et e simul nō numerabūt c. est ergo a ad c pportio suppartiens: quod est ppositum.

Multiplex pportio in aliqt equales pportiones distribui non pōt pter mltiplices.

Sit pportio a ad b multiplex que diuidatur in quotlibet pportiones equales q̄ sint a ad c: c ad d et d ad b. qz enim b ad d et d ad c et c ad a sunt continue pportiones et b primus per hypothesim numerat a vltimum: ergo per decimā tertiam quarti b numerabit d secundū. quare et d numerabit c et c itidem a. diuisa est igitur a ad b in pportiones multiplices: quod intēdebat.

Nulla supparticularis pportio in aliquot equales pportiones est diuisibilis.

Sit a ad d quelibet pportio superparticularis: que diuidat si possibile est in pportiones equales a ad b: b ad c: et c ad d. capio e f g h pportiones in minimis terminis pportionis a ad b: et per equam proportionalitatē que pportio a ad d ea est e ad h. sed a continet d et eius partē: igitur et e continebit h et eius partē que sit l: que si fuerit numerus cū l numerabit h et etiā e. ergo h et e nō erunt minimi quod per quintā quarti repugnat hypothesi. alioquī si l est vnitā est pars denotata ab h. addo ad h vnitātē: sitq; cōpositus l: eritq; que pportio a ad d ea l ad h. ergo per duodecimā quarti quot medij pportiones intercidit inter a et d: totidē et inter l et h sola vnitāte distātes: qd est ipossibile. Ex hac cognoscit tonus in musica qui ex sesquialtera pportione nascitur: in duo equa parti nō posse.

Superpartientē pportione que duplicata suppartientē constituat: inuenire.

Sumo quālibet pportione que minor sit dupla quā per quinquagesimā quartā huius partioz in duas superpartientes quarū minor si dupletur efficietur pportio minor dupla: quare qualibet multiplice. que qz per precedentē nō erit superparticularis alioquin superparticularis in duo equa secaretur: constat eam esse superpartientē: factumq; esse propositum.

Multiplicē supparticularē q̄ ex duab⁹ suppartientibus equalib⁹ pponat: reperire.

Sumo secundū exigentiā decime octauī quadratos a et b pter primos quozū a addat super duplū b vnitātē manifestū est pportione a ad b esse multiplicē superparticularē. at ex illa decima facile cognosces pportione lateris a ad latus b esse superpartientē. sumo ergo secundū exigentiā correlarij quarte sexti medij proportionale inter a et b: eritq; per tertiā eiusdē sexti pportio a ad c tanq; pportio lateris a ad latus b. quare constat pportione multiplicē superparticularē a ad b compositā esse ex pportionibus a ad c et c ad b duabus scz equalibus suppartientibus: qd est propositū.

Superpartientē inuenire que duplicata multiplicē superpartientē constituat.

Sint a b minimi numeri semitonii minoris. duco a in se et in b et b in se et exurgant c d e: eruntque c d et d e duo semitonia minora coniuncta. sit praeterea octonarius qui ex decima octaua huius est primus ad b. quare per undecimam tertiam arithmetice et primus ad e. non habet igitur octauam. duco ergo octonarium in c d e: et proueniant g h i: ut i scilicet oriatur ex f in e. certum est etiam inter g h et h i esse duo semitonia minora. et qz e est octaua pars i addo e et i simul sitque eorum aggregatus l. dubium nullum est l ad i esse sesquioctauam: et l g esse proportionem qua sesquioctaua maior est g h et h i duobus semitonis minoribus. sunt igitur l g numeri comatis. sed qz sint minimi ex decima quinta tertiam arithmetice notum est. Nam subtracto ut eadipsa docet g ab l: et eo quod relictum est subtracto quoad potest ab g. et sic deinceps rante ut ad latus adiectum apparet: relinquatur vnitas. Et quemadmodum comma duabus diesibus est prepositum: ita quoque facilissimum est comma duabus diesibus subiungere aut duabus interserere.

Sesquiseptuagesima quarta: commatis proportionem transcenditur.

29

| | | | |
|--------|-----------|--------|---------|
| 531441 | 531372 72 | 524288 | 7084 72 |
| B | d 74 | b | c 74 |

Sint enim a b minimi numeri comatis per precedentem reperti. elicio per decimam huius septuagesimam quartam b que sit c. adiecto itaque b et c simul et coalescat aggregeturque numerus d. qui si ad b conferatur cooperitur sesquiseptuagesimus quartus. at qui idem d minor a esse deprehenditur. superat ergo per undecimam huius ratio comatis septuagesimam quartam proportionem

Comatis ratio: sesquiseptuagesimatertia proportio e minor est. unde fit ut comatis ratio inter septuagesimam quartam et septuagesimatertiam constituta reperiatur habitudine

30

| | | | |
|----------|--------|--------|--------|
| 531470 2 | 531441 | 524288 | 7182 2 |
| d 73 | B | b | c 73 |

Sint a b ut prius minimi numeri comatis. capio septuagesimatertiam partem b que sit c. itaque b et c simul et aggregetur d. eritque d ad b sesquiseptuagesimus tertius. et d maior a esse conspicitur. ergo comatis ratio sesquiseptuagesimatertia proportio e minor est: quod erat monstrandum.

Correlarium ut alia notum est.

Comatis ratio: in superpartiente ratione consistit.

31

Non enim in superparticulari consistet quandoquidem due superparticulares proxime sesquiseptuagesima quarta et sesquiseptuagesimatertia: omnem prosum media excludant superparticulari. et tanto minus in genere multiplici consistere valebit. ut que septuaginta duas superparticulares habeat se maiores. relinquatur ergo ut ea in superpartiente genere consistere possit. est enim ea maioris et minoris habitudo.

Rationes schismatis atque diaschismatis sunt ignote/atque irrationales. quo fit ut quorum minimi numeri tetragonici latus non habeant: medietatum rationes ignote irrationalesque sint omnes

32

| | | | | |
|--------|--------|---|---|---|
| 256 | 243 | | | |
| B | b | c | d | e |
| 531441 | 524288 | | | |

Eas rationes ignotas atque irrationales dicimus que nullo certo constitutoque numero designari valent utque: ut neque in geometricis diametri et costae quadrati proportio: quales schismatum/diaschismatumque

pportiones esse dicim⁹. Sint ergo pmo a b minimi numeri semitonij minoris: p decimaoctaua hui⁹ innu⁹ti: b eni⁹ illic quoq³ mo⁹stratu⁹ est nasci⁹ ex nouenario in se 7 ternario in productu nouenarij in se at n⁹erus q³ ex ductu nouenarij in se exurgebat: erat quadrat⁹ et ternarius no⁹ est quadrat⁹: ergo per decimaquarta sexti arithmetices b min⁹ semitonij minoris extremu⁹ ex ductu qd⁹ no⁹ q³drati in q³dratu⁹ proueniens: no⁹ est numerus quadratus. si possibile est ergo vt diaschismatos p⁹portio in numeris sit nota: sint ergo per sexta⁹ quarti arithmetices duo diaschismata in minimis c d e co⁹iuncta. manifestu⁹ eni⁹ est cum diaschisma sit semitonij minoris dimidiu⁹ c d et d e simul esse semitoniu⁹ minus. 7 c ad e esse semitonij minoris interuallu⁹. sed et cum p⁹portiones c d 7 d e sint co⁹tinuate in minimis ergo per quinta⁹ quarti arithmetices c e sunt in sua p⁹portione minimi. sunt ergo minimi in p⁹portione semitonij minoris. sed et tales positi sunt a 7 b: igitur c et e iidem erunt numeri cu⁹ a 7 b scz c idem a et e idem b. Preterea q³ que p⁹portio c ad d ea est d ad e: ergo per prima⁹ sexti arithmetices c numerus est quadratus et e numerus quadratus: quare 7 b idem numero e etiam quadratus. at b demonstratus est no⁹ quadratus. erit itaq³ idem numerus quadratus et no⁹ quadratus: quod est impossibile. no⁹ igitur diaschisma note p⁹portionis habebitur. et idem de p⁹portione schismatos monstrabitur. sint enim a b subter designati minimi numeri comatis: q³ per vicesimaoctauam huius b minor p⁹portionis comatis terminus sit ex ductu octonarij in quadratu lateris ducetozum quinquaginta sex. et octonarius no⁹ est quadratus: ergo per decimaquarta sexti arithmetices b minor terminus comatis no⁹ est quadratus. no⁹ igitur simill⁹ vt prioris partis demonstratione a b certis designatisq³ numeris potest equis p⁹portionibus diduci. est igitur schismatos eius scz medietatis ratio ignota atq³ irrationalis. Correlarium ex modo demonstrationis notum est.

33 **Tonus: duobus semitonis minoribus/et commate constat.**

¶ Nam ratio sesquioctava duobus semitonis minoribus atq³ vno comate constat. superat eni⁹ duas dieses duosq³ semitonia minora vno commate: ac tonus in eadem ratione consistit. constat igitur tonus ex duobus semitonis minoribus et commate.

34 **Tonus a duobus semitonis minoribus: vno commate distat.**

¶ Nam subtracto a sesquioctava p⁹portione vno comate relinquuntur duo semitonia minora: igitur et eodem comate a tono diducto due dieses 7 duo semitonia minora relinquuntur. distat ergo tonus a duobus semitonis minoribus vno commate.

35 **Semitonium minus tribus commatibus maius est: minus vero quattuor. unde manifestum est apotomen plura quattuor et pauciora quinq³ continere comata.**

| | |
|----|---|
| r | 2 7 7 5 3 1 9 9 5 2 2 3 2 5 8 3 0 1 6 2 1 5 3 0 7 4 7 9 9 4 1 1 2 |
| q | 3 2 8 1 2 8 3 8 9 4 4 3 6 9 3 5 1 1 2 5 7 2 8 5 7 7 6 2 3 1 7 6 1 |
| p | 2 6 3 6 0 0 0 6 1 9 5 2 4 0 1 8 0 2 3 6 0 3 1 2 3 8 9 6 9 7 5 3 6 |
| o | 2 1 7 8 3 9 6 1 7 9 6 3 2 9 5 0 6 2 6 7 4 6 3 6 8 |
| n | 2 1 5 3 6 9 3 9 6 3 0 7 5 5 5 7 7 6 6 3 1 0 7 4 7 |
| m | 2 0 6 7 8 9 5 4 3 0 9 8 7 9 6 4 8 5 2 7 3 1 9 0 4 |
| l | 1 7 0 9 8 6 0 4 8 3 5 1 7 2 3 5 2 |
| lz | 1 6 6 7 7 1 8 1 6 9 9 6 6 6 5 6 9 |
| h | 1 6 2 3 1 2 6 5 5 2 7 1 3 6 2 5 6 |
| g | 1 3 4 2 1 7 7 2 8 |
| f | 1 2 9 1 4 0 1 6 3 |
| e | 1 2 7 4 0 1 9 8 4 |
| d | 5 2 4 2 8 8 |
| c | 5 3 1 4 4 1 |
| b | 2 4 3 |
| A | 2 5 6 |

¶ Non e⁹ greca curiositas calculi labore deterrita quo minus quot comata in diesi quot in apotome quot deniq³ in tono sint: peruestigaret. quod nisi a prioribus tetatum cognouissem cu⁹ id quoq³ plus laboris q³ (vt michi visum est) in musicis modulationib⁹ vsus vtilitatisq³ afferat: missus fecissem. qui tamē id cognoscere desiderauerint hoc pacto deprehendent. Sint a b minimi numeri semitonij minoris et c d minimi comatis: per decima⁹ septima⁹ 7 decima⁹ octauam huius reperti: duco b in c et d 7 pueniat e f et a in c 7 veniat g: per septima⁹ secunda⁹ arithmetices f ad e est comatis habitudo/et per octauam eiusdem g ad e habitudo dieleos/semitonij minoris. Deinde duco e in e 7 f in f et e in g 7 nascantur h lz: per sexta⁹ quarti arithmetices per q³ facile cognosci potest lz h continere duo commata. et per

septimam secundi eiusdē l ad h esse semitonium minus. Deinde duco d in h / et c in l. et d in l : et eo ordine veniant m n o : per eandem sextam quarti cognitu facillimū est n m continere tria commata. et per septimam secundi: o m continere semitonium minus. at n numerus cognoscitur esse minor o. ergo o ad m semitonium minus tria vincit / exsuperatq; commata. Deinde duco h in h et l in l et h in l. et suo ordine exurgāt / orianturq; p q r. manifestū est per idē qd prius q p continere quattuor cōmata et r p continere semitonii minus. at numerus r minor est numero q. igitur quattuor cōmata amplius sunt semitono minore. Correlariū autem hinc notū est q semitonii maius solo cōmate superat semitonium minus. atqui semitonii minus plura tribus et pauciora quattuor ut modo visum est continet cōmata. igitur vnico superadiecto cōmate semitonii maius quod vocant apotomē: plura quattuor et pauciora quinq; continere est necesse.

Tonum: plura septem continere commata necesse est.

36

Ham tonus ex semitono minore et apotome coalescit atq; cōstituitur. at semitonii minus per p multimā tria continet cōmata et amplius: et per precedentē apotome quattuor et amplius tria autem et quattuor et amplius: seprē sunt et āplius. igitur tonus plura q; septem cōtinet commata.

Secundi Elementorum Musicalium finis.

Esquionus: est qui tonum ac semitonium minus continet. quem et trihemitonii / trisemitoniūq; inferius dicemus.

Ditonus est qui duos cōplectitur tonos.

Tritonus vero qui tres.

Consonantie simplices sunt: diatessaron / diapente et diapason.

Compositae vero: diapason diapente / bis diapason.

Diatessaron est cōsonantia: que ex interualli sesquitercia ratione nascitur.

Diapente: que nascitur ex sesquialtera.

Diapason vero: que ex dupla.

Diapason diapente: est quā adinuicē iuncte cōstituūt diapason ac diapēte consonantie

Bis diapason: est quam coniūgunt due diapason consonantie.

Rec altius ascēdunt Pythagorici q altius ascēdētibus voces quoq; pacto illis stridule vise sint et q vniciq; ferme sue vocis modū / limitēq; ad consonātiā bis diapason natura fecerit q; habita contēplatione musca adusq; cōsonantiā bis diapason: reliquāvt habeatur q; facillimā putauerunt vt qui ad ter atq; quater diapason muscos modulos aptare voluerint. et hac quoq; de causa musici ferme oēs in definiēda / determinādaq; atq; tradēda disciplina musica limites Pythagore nō transcēdūt: putātes eius limitibus cōtenti: et priscam / veterēq; auctoritatē secuti sufficiēter determinasse. quod et nos in hoc opere tētabimus imitari.

Sesquionus inter sesquiquintam atq; sesquisextam collocatus est. vnde fit vt et si sesquionus iocunde / suauiterq; auditū feriat: nondū tamen consonātia ponēdus sit.

| | | | | | | | | | | |
|------|---|-----|-----|---|-----|-----|----|---|----|---|
| 1291 | 3 | 288 | 283 | 3 | 256 | 243 | 48 | 3 | 40 | 3 |
| b | 5 | A | e | 6 | b | c | f | 5 | g | 6 |

Sit ergo a ducenta octuaginta octo: b vero ducenta quinquaginta sex: et c ducenta quadraginta tria. per decimā octauam secūdi huius manifestū est a ad b esse tonū / et b ad c esse semitonii minus. quare a ad c per diffinitionē erit sesquionus. quē dico in pportione minore consistere q; sit sesquiquinta / et maiore sesquisexta. Nam capio per decimam secūdi huius quintā partem c et veniet numerus 48 et tres quinte qui sit f. addo igitur f ad c et aggregatus fiat d: qui maior inuenitur q; a. igitur per vndecimam secūdi huius d ad c pportio maior est q; a ad c. At vero d ad c sesquiquinta est. est itaq; sesquionus in pportione minore cōstitutus q; sit sesquiquinta pportio. Capio deniq; per eandē decimam secūdi sextā partem c et veniet michi numerus 40 et semis qui sit g. aggregatus igitur g ad numerum c restituat numerū e. certum est numerū e minore esse q; a. quare vt prius a ad c sesquionus maior est q; e ad c: qui in sesquisexta pportione cōstituitur. quod est propositū. Correlariū enim cognoscitur. et primū q; sesquionus suauiter feriat auditum: cuiuslibet musicis modulationibus intēti fidem facit sensus. q; vero nōdum cōsonantia sit: iccirco euenit q; sesquionus in superparticulari ratione nō consistit: quādoquidē inter sesquiquintā et sesquisextā proximas superparticulares nulla cadit interstes / mediāq; superparticularis habitudo. neq; quidē est in multiplici genere: quoniā per vndecimā primi huius dupla pportio que multipliciū minima est: ex sesquialtera / et sesquitercia pportione maximis quidē superparticularibus: exurgit atq; nascitur. cōsonantia autem omnis per diffinitionē in superparticulari aut multiplici ratione consistit. est ergo totum propositum notum.

2 **¶** Idem ditonus inter sesquiterciam atq; sesquiquartam medius: minime musicam complet atq; perficit harmoniam.

| | | | | | | |
|--------|----|----|----|----|--------|----|
| 85 1 | 81 | 80 | 72 | 64 | 21 1 | 16 |
| D 3 | A | E | B | C | F 3 | G |

¶ Harmoniā et consonātiā idem dicimus et huiusvt precedētis procedit demonstratio. Sint ergo a b c duo toni in minimis constituti. vt 81|72|64. dico ditonum a ad c consistere in proportione minore sesquitercia: et maiore sesquiquarta: et musicam cōsonantiā haud quāq; perficere. Capio enī tertiam partem c per decimā secundi huius vt sepe factum est. et venit vnum et viginti cum triente vnus: qui numerus sit f. addo itaq; f 21 et trientē ad numerū c 64. et aggregatus est 85 cum tertia parte vnus: qui idem sit d. manifestū est d ad c esse sesquiterciū. at d maior est a: continet enī a dumtaxat vnum et octuaginta: d vero octuaginta quinque et amplius. est ergo sesquitercia proportio ditono maior. Et rursum capio quartam partem c que sit g: quam addo ad c et surgat e: qui erit ad c sesquiquartus. at a maior est e. igitur per vndecimā secundi huius: ditonus sesquiquartū transcendit. et cum inter sesquitercium et sesquiquartū nullus cadat superparticularis medius. neq; multiplex: erit ergo ditonus in proportione superpartietī collocatus. quare musicam consonātiā (etsi in musicis modulationibus sit euphonus suauiterq; auditum feriens) nōdum tamen perficit.

3 **¶** Ditoni interuallum: sola sesquitonum superat apotome.

¶ Nam sesquitonum vnum tonum cōtinet integrum et secundi toni cōtinet semitonū minus. sed cū tonus ex semitonio minore et apotome constet euaditq; coalitus. ergo sesquitono ad secūdi toni completionē sola deest apotome. at ditonus solos duos incolumes. integrosq; possidet tonos. ergo ditoni interuallum sola apotome/ solc; semitonio maiore: sesquitoni superat interuallū. qd est propositū.

4 **¶** Diatessaron consonantiā in data chorda collocare.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 4 | 3 | | | |
| A | c | d | e | b |

¶ Cum enim epitrita/ sesquiterciaq; proportio: cōsonantiā diatessaron creet: iccirco data quacūq; chorda vt a b eam in quattuor equas portiones diuido. vt a c: c d: d e: et e b. et dico a b ad c b consonare diatessaron. Nam a b continet c b et insuper a c que tertie parti c b equatur. est ergo interuallum a b sesquiterciū ad c b. ergo a b ad c b per diffinitionē consonat diatessaron: et cōsonantia diatessaron in chorda a b data: collocata. quod est propositum.

5 **¶** Tritonus: consonantiā diatessaron transcendit.

¶ Nam per decimā octauam primi tres sesquioctane proportiones amplius sunt sesquitercio interuallo. atq; in tribus sesquioctauis: per diffinitionē tres consistunt toni. igitur in tribus sesquioctauis consistit tritonus. et in epitrito/ sesquitercioq; interuallo consistit cōsonantia diatessaron. igitur cōsonantiā diatessaron transcendit vt proponebatur: tritonus.

6 **¶** Consonantiā diatessaron: duobus tonis atq; semitonio minore constare necesse est. Unde facile comparatum est sesquitonum tono/ et ditonum semitonio minore citra diatessaron concētum deficere. Compertum item est consonantiā diatessaron quinque dieses et duo commata continere.

| Diatessarum consonantia | | | | |
|-------------------------|---|--|--|---|
| A | c | | | b |

¶ Sit a b et c b consonantia diatessaron. dico eam duobus tonis et semitonio minore constare. Nam cum a b et c b sit diatessaron: erit a b et c b per cōuersionem diffinitionis sesquitercius. at cum semitonium minus per diffinitionē sit id quo sesquitercia duobus tonis maior est. continet ergo a b et c b semitonium minus et duos tonos. igitur consonantia diatessaron duobus tonis/ semitonioq; minore constat. Et primū correlariū hinc facile cognoscitur. Cum enim sesquitonum solū tonum et semitonū minus contineat: deest igitur ipsi ad cōsonantiā diatessaron complēdam per presentē vnus tonus. et cum ditonus solum duos cōplectatur tonos: deest ipsi ad eandem complēdam semitonū minus. Secundū vero hinc haud difficile perspicitur cognitū. Nam cum tonus per tricesimā tertiam secūdi duas dieses et vnum comma cōtineat: duo toni quattuor dieses et duo cōtinebunt cōmata. at per presentem diatessaron consonantiā duobus tonis vnā diesim superaddit. continet igitur consonantia diatessaron quinque dieses atq; duo commata. quod est totum propositum.

¶ Quinq; toni: duas diatessaron consonantias vno commate vincunt/ euaduntq; maiores. 7

¶ Putauit Aristoxenus musicus diatessaron consonantiam duobus tonis et integro semitonio constare. et proinde duas diatessaron consonantias: quinq; tonos implere. cuius error ex tertio musices diuisi Seuerini boecij et ex hac et precedete facile couincitur. Nam per precedetem consonantia diatessaron non ex duobus tonis et semitonio integro constat: verum ex duobus tonis et semitonio minore. quod ex vicesima prima secundi inter sesquioctauam decimam et sesquionam decimam proportionem collocatur. integrum autem semitonium per decimaquartam eiusdem: inter sesquiseptima decimam et sesquiseptima decimam collocaretur. diminitius est ergo semitonium minus integro semitonio. Quia ergo ut per precedetem dictum est: consonantia diatessaron duos tonos et semitonium minus continet: due igitur diatessaron consonantie continebunt tonos quattuor. et duo semitonia minora. et quia per tricesimatertiam secundi tonus continet duo semitonia minora et vnum comma. ergo due diatessaron consonantie quinq; tonos vno commate minus: continent. quinq; igitur toni: duas diatessaron consonantias vno commate vincunt atq; euadunt maiores. quod intendebatur.

¶ Consonantia diapente: in assignato neruo constituere. 8

| | | | |
|---|---|---|-----------------------|
| 3 | 2 | | Consonantia diapente. |
| A | c | d | b |

¶ Sit assignatus numerus a b supra quem iussum sit consonantia diapente collocari: diuiso a b in tres adinuicem equas partes per notas a c d b: ita ut a b tres contineat et c b earum contineat duas. erit per definitionem a b ad c b hemiolium/ sesquialterumq; intervallum. sed cum consonantia diapente: per definitionem ex ea intervalli ratione nascatur. ergo a b ad c b consonabit diapente. eritq; a b ad c b in data chorde assignatoue neruo consonantia diapente collocata.

¶ Tres toni: consonantia diapente minus sunt. et quattuor eandem consonantiam transcendunt. 9

¶ Et si ex quinta huius satis cognoscatur tritonum non posse efficere diapente consonantiam: hec etiam ostendit tritonum diapente consonantia esse minorem. Nam per decima octauam primi huius tres sesquioctauum minus sunt sesquialtero intervallum. et per decimanonam eiusdem quattuor sesquioctauum sesquialterum superant intervallum. consonantia autem diapente in sesquialtero sita est. ergo tres toni in tribus sesquioctauis constituti: minus sunt consonantia diapente. et quattuor toni in quattuor persistentes sesquioctauis eandem consonantiam magnitudine transcendunt: quod est totum propositum.

¶ Consonantia diapente: tribus tonis/ semitoniisq; minore constat. Quo fit ut a diapente subducto tono: diatessaron consonantia relinquatur. subducta autem diatessaron consonantia: relinquatur et tonus. 10

¶ Nam per decima quintam primi si a sesquialtero intervallum sesquitercium demptum fuerit: relinquetur sesquioctauum. sed ut in demonstratione sexte huius visum est: sesquitercium continet duos tonos cum semitonio minore. ergo consonantia diapente sesquioctauum hoc est tonum ultra duos tonos cum semitonio minore continens: tribus tonis et semitonio minore constabit quemadmodum propositum est. Correlarium cognoscitur. Nam diapente per presentem continet tres tonos cum semitonio minore. at subtracto tono residui sunt duo toni: atq; semitonium minus. et per sextam huius duo toni cum semitonio minore constituunt consonantiam diatessaron. subtracto igitur tono a consonantia diapente: relinquatur diatessaron. sed et cum diapente constet ex tribus tonis cum semitonio minore: subtracta ergo diatessaron consonantia que duobus tonis et semitonio minore compleitur: relinquetur quemadmodum secunda pars correlarij proponit: tonus. quod est totum correlarium.

¶ Diapente consonantia: minus octo semitoniis minoribus continet. 11

¶ Nam cum tonus vnus duo semitonia minora et vnum comma contineat: tres toni et vnum semitonium minus septem semitonia minora et tria commata continebunt. ac tria commata per tricesima quintam secundi huius semitonio minore sunt contractiora. ergo diapente que per precedetem tribus tonis et semitonio minore constat: minus octo semitoniis minoribus continebit. sed quemadmodum facile monstratum est diapente consonantiam nondum octauum attingere semitonium minus/ octauamq; diesim: ita quoque facile monstratu esset: eandem consonantiam nondum septimam attingere apotomem.

¶ Diapente consonantia: ditono/ sesquitonosq; coniungitur. 12

¶ Nam diapente per penultimam tribus tonis et semitonio minore constat. et ditonus et sesquitonos simul tres tonos et semitonium minus efficiunt. igitur ditonus atq; sesquitonos pariter copulati consonantiam diapente iungunt: quod intenditur.

¶ Consonantiarum diapente et diatessaron: tonus differentia est. quo fit ut diatessaron consonantia adiuncto tono: consonantiam diapente restituat. 13

Differētia hīc vocat̄ ea pportio qua maior superat minorē. Nam p correlariū decime huius sub ducto tono a cōsonantia diapente relinquit̄ consonantia diatessaron. solo igitur tono consonantia dia pente cōsonantia diatessaron est maior. est igitur per diffinitionē: harum cōsonantiarū tonus tria. ⁊ correlariū statim ex propositione notum est.

14 **B**is diatessaron: sesquitono consonantiam diapente transcendit.
Diatessaron enī p sextā huius duos tonos atq; semitonū minus cōtinet. ergo bis diatessarō quat tuor tonos et duo semitonia minora p̄tinebit. atqui a quattuor tonis ⁊ duobus semitonis minorib⁹ dempto sesquitono: relinquitur tres toni et semitonū minus. Atvero per decimā huius cōsonantia diapente totidē tonos cū semitono minore cōplectitur. ergo bis diatessaron: sesquitono consonantiā diapente transgreditur transcēditq; quēadmodum proponitur.

15 **C**ōsonantie diatessaron/ac diapente: in maximis superparticularibus sunt collocatē
Nam ex diffinitione cōsonantia diatessaron in epitrita sesquiterciaq; pportione collocatur. et dia pente in hemiolla atq; sesquitercia. at nulle superparticulares sesquialtera ⁊ sesquitercia sunt maiores nam a secūda ⁊ tertia parte q̄ maxime sunt sese cōsequētes partes: denominantur. igitur he cōsonantie ex maximarum superparticulariū originibus ducte: in maximis superparticularibus sunt collocat quod est propositum.

16 **B**is diatessaron/aut bis diapente: nullam consonantiam cōponere potest.
Hec proponit duas diatessaron cōsonantias aut duas diapente consonantias: nullā conflare posse cōsonantiā. Nam et diatessaron ⁊ diapēte nō in multiplicibus sed superparticularibus sunt constitute et per primā peritōnē que interualli ad interuallū proportio est: ea quoq; est et soni ad sonū. at p sextā primi duo similia interualla nō multiplicia: neq; multiplex neq; superparticulare creant interuallum. quare neq; illorū soni in multiplici: neq; in superparticulari gñe existunt. omnis aut̄ consonantia aut in superparticulari aut in multiplici rōne collocāda est. sic enī consonantie noīe hoc in loco p̄thagoricā sequētes autoritatē: suscepimus vtēdum. ergo due cōsonantie diatessaron aut due diapente: nullam efficiēt cōsonantiā. et nō modo idverū sit: sed ⁊ quotquot consonantie diatessarō in imensum copulētur et quotquot diapēte: nullā vnq; consonantiā ex quinta primi huius efficere valebūt.

17 **A**diuncto ad cōsonantiam diapente tono: nulla parabitur consonantia. item neq; ad diatessaron trisemitonio.

| | | | | | | | | | | |
|---|----|---|----|---------------|--|---|------|---|------|------------------|
| B | 11 | | | Numerorū tria | | T | 3384 | | | Numerorū RS tria |
| E | 27 | F | 16 | Sexta maior | | R | 9216 | S | 5832 | Sexta minor |
| L | 9 | D | 8 | Tonus | | P | 2304 | Q | 1944 | Sesquitonus |
| A | 3 | B | 2 | Diapente | | H | 4 | O | 3 | Diatessaron |
| | | | | | | L | 256 | M | 243 | Semitoniū minus |
| | | | | | | N | 9 | K | 8 | Tonus |

Et si hic sonorū congressus nōdum cōsonantia sit: euphonū tamen musici reputant melo|modula mibusq; aptum: sextāq; q̄ sex impleatur vocib⁹ nostri nunc nūcupant. et quattuor tonis atq; vna dies hoc est semitono minore constat. qui q̄ nōdum cōsonantia sit patet. Accipio enī a ⁊ b ternariū et bina rium: minimos scz numeros cōsonantie diapente. ⁊ c d nouenariū atq; octonariū minimos numeros toni. et duco c in a ⁊ veniat d septem supra viginti. et d in b ⁊ veniat e decem et sex. per tertiam quinti Arithmetices d ad e cōtinet sesquialterū ⁊ sesquioctauū: quare d ad e cōtinet diapente atq; adiunctū tonum. at manifestū est d ad e 27 scilicet ad 16 nō esse multiplex. nam septem ⁊ viginti nō continēt bis aut tertio aut deiceps sed decim. neq; d superparticularis est ad e. nam tria numeri d ad e est vndecim qui numerus summe 16 pars nulla est. transcēdit enī vndenarius sedenariū dimidiū. igitur adiunctus ad consonantiā diapente tonus: nullam parit cōsonantiā. et simili argumento adiecto ad cōsonantiā diatessaron sesquitono: nulla sit cōsonantia vt ex secūda figuratōne per facile patere potest. fit tamē euphona vocum congressio: quā item sextam nūcupant: sed que a prima contractioz tota distet apo tome. est ergo hec minor: illa vero maior. constat enī prima vt dictum iam est: quattuor tonis et vna dies: secūda vero tribus tonis ⁊ duabus diebus. Primā sonat p̄parhypate hypaton ad mesen: secūdam vero que contractioz est: sonat hypate hypaton ad Lichanon meson. que autem hypate: que parhypate: qui lichani: et que mese dicantur: sequēs liber declarabit.

18 **Q**uo pacto diapason consonantia: in chorda sit adiungenda.

| | | | | | | | |
|--|---|--|---|--|---|--|---------------------|
| | A | | L | | B | | Cōsonantia diapason |
|--|---|--|---|--|---|--|---------------------|

Hec consonantiarum vt in libro probleumatiū testatus est Aristoteles: elegātissima | pulcherrimaq; est Chordam ergo a b seco per medium per notā c. et quia a b ad c b est dupla interualli habitudo. ergo per diffinitionem a b ad c b consonat diapason.

Consonantia diapason: in sex tonis minime consistit. sed quinque amplior: sex vero tonis: consonat contractio. 19

¶ Nam per vicesimam primi quinque coniuncti sesquioctavi: minus duplici interuallo configunt. et per vicesimam primam eiusdem sex coniuncti maiores vno duplici interuallo euadunt. ergo quinque toni minores sunt diapason consonantia et sex eadem sunt ampliores. consonat ergo diapason quinque tonis amplior: sed et sex eadem modulabitur inferior.

Diapason: ex diatessaron et diapente consonantiis coniungitur. 20

¶ Nam per decimam quartam huius diatessaron et diapente in maximis supparticularibus sunt collocatae. at per undecimam primi duplex interuallum ex duobus maximis supparticularibus coniungitur. et duplex interuallum: consonantie diapason interuallum existit. igitur consonantiam diapason: diatessaron et diapente consonantie simul coniungunt. quod est propositum.

Consonantia diapason: quinque tonis et duobus semitonis minoribus que tonum minime complent: perficitur. Unde quoque manifestum esse potest: consonantiam diapason solo a sex tonis commate distare. 21

¶ Per precedentem enim diatessaron et diapente consonantiam diapason iungunt. diatessaron autem per sextam huius duobus tonis et semitonio minore constare monstrata est: et diapente per nonam tribus tonis semitonioque minore. at duo toni et semitonium minus et tres toni et item semitonium minus simul constati: quinque efficiuntur toni atque duo semitonia minora. at qui duo semitonia minora tonum non perficiunt: verum ab eo deficiunt commate. igitur consonantiam diapason quinque tonis et duobus semitonis minoribus: que tonum minime implent quemadmodum iam propositum est perficitur. ¶ Correlarium ex demonstrationis calce notum esse potest. Ex quo liquet per facile esse in nervo musculi comma peruestigare. Nam in eo a principio constitutis continuatisque sex tonis et ab eodem nervi initio ad mediam chordae notam intensa diapason consonantia quod inter mediam nervi notam et ultimum sex tonorum signum continetur: ex precedentis correlario erit commate interstitium.

Dempta ex diapason consonantia diapente: relinquitur diatessaron. et ex eadem dempta consonantia diatessaron: relinquitur diapente. demptis autem ex ea diapente et tono relinquitur sesquitonus. 22

¶ Prima pars et secunda statim per penultimam cognite sunt. Item et per precedentem. Nam per precedentem diapason quinque tonis et duobus semitonis minoribus constat: a quibus si tres tonos et unum semitonium minus tollas que per decimam huius diapente consonantiam continent: relinquitur duo toni et semitonium minus: que per sextam huius diatessaron consonantiam efficiunt. dempta igitur ex diapason consonantia diapente: relinquitur diatessaron: quod est primum. Secundum eadem facilitate declaratur. Nam ex quinque tonis et duobus semitonis minoribus si duos tonos et semitonium minus tollas: relinquitur tres toni et semitonium minus. Tertium consimiliter. demptis enim a consonantia diapason hoc est a quinque tonis et duobus semitonis minoribus demptis inquam quattuor tonis et semitonio minore reliquus est tonus unus et semitonium minus. Et quot dieses quot apotomas quot denique commata contineat diapason: deprehensionis sunt facillime: in nulla tamen equaliter: rota ipsa diuisiva est quandoquidem diapason in multiplici ratione consistit que omnino in quolibet equas proportionales que multiplices non sunt per sexagesimam nonam arithmetices diuisi non potest.

Nulla simplex consonantia: in duo equalia: certo / constitutoque numero diuisibilis est. 23

¶ Simples consonantias vocamus diatessaron, diapente, diapason. de diatessaron autem et diapente constat que ex supparticularibus interuallis surgunt: que per quintam primi nullo pacto hunc in modum dirimi possunt. de diapason vero consonantia idem subit iudicium. Nam quoniam minimi eius numeri sunt duo et unum: et duo quadratus non est: igitur per correlarium tricesime secunde secundi huius consonantiam diapason que consistit in proportione duorum ad unum minime in duo equalia partiet. et eodem quoque iure neque eadem consonantia in plura duobus dimietur / dirimeturque equalia. Et profecto velle hoc pacto consonantiam diapason in plura equalia diuidere. est in geometricis diametrum costae quadrati velle commensurare. sed id ultimum musicum non est.

Diapason ac diatessaron: consonantiam non esse. 24

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| E | 8 | | | f | 3 | | 8 | 2 |
| | 7 | | 1 | | 4 | | 3 | |
| A | | b | | c | | d | | |

¶ Et si in diapason ac diatessaron sit duarum vocum dulcis amenaque congressio ut quemadmodum cum pulsatur sesquitonus: non ideo tam euenit diapason ac diatessaron consonantiam dici mereri. Tametsi Ptholomeo secus que Pthagorice hac in re visum sit: quod monstratu facillimum est. Sint enim a et b binarius et unitas: minimi scilicet numeri consonantie diapason et c d quattuor et tria minimi idem consonantie diatessaron duco c in a et veniet octonarius qui sit e: et d in b et veniet ternarius: qui sit f. per tertiam quinti Arithmetices e ad f continet duplicem et sesquiterciam: quare diapason ac diatessaron.

sed e octonariis non est multiplex ad ternarium/ neq supparticularis q eū bis cōtineat et insuper binariū qui ternarij nō pars vlla est sed partes. est enī octonarius ad ternariū duplex subpartitiēs. Non est igitur diapason ac diatessaron consonātia. oīs enī consonātia aut in supparticulari/ aut in multiplici genere ex diffinitione cōsistit. Et in hoc facile cognosci potest ex nouo pbleumarū libro q̄ Pythagoricis cōsensit Aristoteles: cū inquit cur non bis diapente/ aut bis diatessaron reddi consonātia potest: vt bis diapason coaptari solet. Hoc inquit ideo est q diapēte consonātia posita in proportione sesquialtera est diatessaron xō in sesquialtera. q si duo sesquialteri aut sesquitercij numeri ordine dispo nātur: extremi nullam inuicem proportiōem habebūt. neq enī supparticulares neq multiplices esse poterūt. at diapason p̄cinētia qm̄ in duplari proportione cōsistit: hac gemiata: quadruplam inuicem extremi tenebūt habebūtq̄ proportiōem. Aides ergo quo pacto Aristoteles consonātiarū p̄portiones solas supparticulares aut multiplices efficit: suppartitiēs q̄si proisus nulle sint repudiāns. Et re xā Ptholomei cū Pythagoricis magis in noīe q̄ in re ipsa dissentio putanda est. sed de his hactenus.

25 **Diapason ac diapente: in triplici consistit ratione. estq̄ diapason ac diapente consonantia vna.**

Quoniam diapason ac diapente in tripla rōne cōsistat: hoc ideo est q̄ ex duodecima primi ex duplici atq̄ sesquialtero interuallo triplex nascit̄ interuallū. duplex aut̄ et sesquialter sunt consonātiarū diapason et diapente infualla. igitur iuncte consonātie diapason ac diapente in tripla rōne cōsistunt. sed cū sensu iam satis sit exploratū hūc cōcentū modulate/ suauiterq̄ ad auditū puenire: ergo per diffinitionem is concētus consonātia est. quod est totum propositum.

25 **Diapason diapente ac tonus: melos citra consonantiam eliciunt.**

| | | | |
|----|---|---|---|
| 27 | | | 8 |
| e | | | f |
| 3 | 1 | 9 | 8 |
| a | b | c | d |

Melos hic vocamus suauem auribus acceptam uoculationem/ amenūq̄ plurū vocum cōgressum. sed q̄ diapason diapente et tonus simul iuncta melos constituūt: statim notum est. Nam hec sonorum uoculatio suauiter vt experiētia discitur auribus accidit. sed q̄ consonātiā nullā parēt: ostēdit. qm̄ enī per precedētē diapason ac diapente in tripla proportiōe consistit. sint ergo a b tria et vñū minimi consonātie diapason ac diapente numeri/ et c d nouem et octo minimi numeri toni. duco c in a et d in b et veniāt e f 77 scz et 8 inter que est diapason diapente atq̄ tonus. sed e ad f neq̄ supparticularis neq̄ multiplex: quinimo et p̄tinet f ter et tres eius octauas: ellq̄ e ad f triplus suptriparties octauas. non cōcinit igitur e f aliqua consonātia. quod totum est propositum.

27 **Bis diapason consonantia: in quadruplari constituta reperitur habitudine.**

Quoniam enī bis diapason in quadruplari cōsistat: statim est manifestum. Nam per decimātertā p̄mi duo duplicia interualla quadruplex iungunt infuallū. diapason aut̄ in duplari cōsistit. igit̄ bis diapason quadruplarem iungit habitudinem: que est multiplex. et cū bis diapason ad auditū suauis/ emodulataq̄ pueniat vt id quoq̄ sensu satis perceptum est. q̄ p̄ diffinitionem erit consonātia. qd̄ erat mōstrandū. Pythagorici et priores musici oēs: p̄centū modū in terminis aut q̄ inter illos terminos vnicuiq̄ factus a bis diapason perstrinxerūt: non temere lōgius progressi aut q̄ inter illos terminos vnicuiq̄ factus a natura reperitur sue vocis modus/ aut q̄ stridul⁹ ille canor illis vt iam quoq̄ dictū est visus est q̄ vera seriam iam relinquit mediocritatem/ aut q̄ hactenus contēplatio satis ip̄is esse visa est ad musicam institutiōem. posteritas aut̄ ad ter diapason vel et amplius adauxit ad terios vsq̄ octuple lōgius euagata: de quibus necessaria speculatio non incubere videtur: sed pauca paucis strinxisse satis erit. Nam qui modulatiōem supra bis diapason cognoscere desiderabūt: facili demōstratiōe vt precedētia percipient. bis enī diapason ac diatessaron in p̄portione quicupla sesquitercia cōsistit. et proinde plane consonātia putāda nō est. bis diapason ac diapente in p̄portione sescupla et ideo consonātijs ānumerata. ter vero diapason in proportione octupla.

28 **Omnes consonantias: in data chorda suo ordine subiūgere: et eas sensu perceptibiliter experiri.**

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| A | c | d | e | f | g | b |
|---|---|---|---|---|---|---|

Sit a b data chorda in qua p̄positū sit consonātiarū diatessaron/ diapēte/ diapason/ diapason ac diapente/ et bis diapason situare. colloco in signo a brachiū circini imobile et ad totius chorde quartam partem extendo circini brachiū mobile: et in termino eius pono notam c. deinde extendo idem brachiū ad eiusdem chorde partem tertiam: et in terio pono d. mox ad totius chorde partē mediam quā designo nota e. deinde eodē brachio capio totius chorde bissen: hoc est duas tertias: et in terio bissen pono f. mox extendo circinū ad chorde vōdrātem: hoc est ad tres eius completas quartas: in cuius fine affigo notam g. tunc sic a b et c b per quartā hūius consonat diatessaron. a b et d b per octauā diapente a b et e b per decimā octauam diapason a b et f b per vicesimā quintam diapason ac diapente. postremo xō a b et g b per precedētē bis diapason. Suppone igit̄ musicale hemispheriū sensim singulis chorde notis et sonos ad totius chorde sonum diligēter atrede. et suo ordine p̄positas p̄cinētiās annotabis. quod p̄optius experiri valebis: si chorde a b chordam equisonam/ vnisonāq̄ etiā collocaueris: cuius sonū cum singulis sectionum a b p̄cussionibus non segniter attenderis.

¶ Consonantiarū hoc pacto digestarum: finis consonantie diatessaron: ad finem diapente sonat tonum/ ad finem diapason: consonat diapente. ad finem diapason ac diapente: incōsonus. ad finem vero bis diapason: consonat diapente ac diapason.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| a | c | d | e | f | g | b |
|---|---|---|---|---|---|---|

¶ Sint a/c/d/e/f/g/b modo qui dictus est digeste consonantie: dico c b finem psonantie diatessaron ad d b sonare tonum/ ad e b esse diapente/ ad f b incōsonū esse/ ad g b xō cōsonare diapente ac diapason. Nam per precedentem a b et c b est diatessaron et a b et d b diapente. depta ergo a b et c b diatessaron cōsonantia ab c b et d b diapente: per correlatū detime huius relinquit tonus. qđ aut relinquit est c b et d b: igitur c b ad d b sonat tonum. et qm per precedentē a b et e b p̄cinit/ modulaturq; diapason subtracta: igit a b et c b diatessaron ab a b et e b p̄vicēsimāscām huius qđ relinquit est diapente. atq; quod relinquit est c b et e b: igitur c b ad e b p̄sonat diapente. et q; per precedentem a b et f b consonat diapason ac diapente: subducta igitur a b et e b p̄sonantia diapason: qđ relinqtur est diapente. quod aut relinquit est e b et f b. igitur e b et f b consonantia est diapente. sed p̄ modo monstratū c b et e b etiā diapente est: igitur c b et f b est bis diapente. at p̄ decimāquartā huius bis diapente p̄sonantia componi nō potest: igit a b et f b incōsonus est. postremo qm vt ex p̄cedēti notū est a b et g b p̄sonat bis diapason. depta igit a b et e b diapason p̄sonantia relinqtur e b et g b eē diapason. atqui c b et e b per scām p̄tem huius mōstrata est esse diapente. igitur adiucta c b et e b consonantia diapente ad e b et g b cōstituitur diapente ac diapason. cōsonat ergo c b et g b diapente ac diapason. quod est totum p̄positum.

¶ Sic positis consonantijs: finis diapente ad finem diapason modulatur diatessaron/ et ad finem diapason ac diapente: modulatur diapason. ad finem vero bis diapason euphonus est: sed qui nondum consonantia est.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| a | c | d | e | f | g | b |
|---|---|---|---|---|---|---|

¶ Esto p̄cedētū hypothesis: dico d b finem diapente ad e b consonare diatessaron. ad f b diapason. et ad g b sonare diatessaron ac diapason. Nam per penultimā a b et e b cōsonantia est diapason. et a b et d b diapente. subtracta igitur a b et d b diapente: ab a b et e b p̄sonantia diapason: per viceśimāscāy huius relinqtur diatessaron. qđ aut relinqtur est d b et e b: igit d b ad e b p̄sonat diatessaron. et q; in p̄cedēti monstratū est e b et f b eē diapente: et nūc d b et e b esse diatessaron: ergo per viceśimā huius d b et f b ex illis duabus cōflata/ coalitaq; cōsonantia modulabit diapason. Rursum cū e b et g b in p̄cedenti mōstrata sit diapason: et e b et f b diapente: ergo per viceśimāscām huius f b et g b est diatessaron. et d b et f b nunc mōstrata est diapason. igitur d b et g b est diapason ac diatessaron: que cū modulatio sit euphona et eā monstrauerit viceśimaquarta huius non esse p̄sonantia totū liquet mōstratū p̄positū. et ex hac quoq; pariter cognitū est finem diapason: ad finem diapason ac diapente modulari diapente vt e b ad f b et ad finem bis diapason cōsonare diapason.

¶ Consonantiarū sic collocatarū: totius chorde atq; cuiusq; sectionis nūeros designare.

| | | | | | | |
|----|----|----|----|---|---|---|
| 24 | 18 | 16 | 12 | 8 | 6 | |
| a | c | d | e | f | g | b |

¶ Dico duo/ tria/ et quattuor in seinuicem: et numerū inde surgentem atq; p̄ductū qui hēbit scām tertiam et quartā: pono totius linee numerum quē iccirco voco numerum a b ab quo demo quartam partem et reliquus sit c b: et erit p̄mus numerus ad ipm sesquitercius. quare diatessaron. et ab eodez numero demo partem tertiam et residuus sit d b: eritq; a b ad d b sesquialter: quare cōsonantia diapente. et itez ab a b diduco p̄tem mediā et residuus sit e b: eritq; a b ad e b duplus. q̄circa diapason p̄sonantia inter eos exurget. et nūeri a b sumo solā tertiam q̄ sit f b: erit ergo a b ad f b hitudo tripla. cōrinebūt igit a b et f b diapason ac diapente. Rursum numeri a b sola quarta sit g b: erit a b ad g b quadruplus. quare a b et g b sunt numeri bis diapason. sunt itaq; totius chorde a b et cuiusq; sectionis eius fm as signatas consonantias designati numeri. quod erat demonstrandum.

¶ Quotcunq; harmonicas medietates assignare: inter quarū terminos eorūq; differentias omnes musice reperiantur consonantie.

| | | | | | | |
|-------------|----|---|---|--------------|-----|-------------------|
| Harmonice | 12 | 8 | 6 | Epitritus | b c | Diatessaron |
| Medietates | 6 | 4 | 3 | Heniolus | a b | Diapente |
| | a | b | c | Duplaris | a c | Diapason |
| Differentie | | 2 | 1 | Triplaris | c e | Diapason diapente |
| | | d | e | Quadruplaris | b e | Bis diapason. |

¶ Harmonica medietas in Arithmetiis diffinita est qm trium teriozvt maximus ad minū: ita d̄tia maiorū ad d̄tiam minorum. Sit ergo c quicūq; nūerus partem tertiam habens que sit e: duplo c. sitq; duplatus a. manifestū est a ad c esse duplum, et q; c p̄tinet tria e: ipm a p̄tinet sex e. addo e ad c et fiat b

33

34

et erit notū b ad c esse sesquiterciū: et b cōtinere quattuor e atq; e esse dñam b ad c. Itidē q; b cōtinet quattuor e et a cōtinet sex e: a erit sesquialter ad b. et q; b equatur quattuor e/ et a sex: ergo dñā a ad b equatur duobus e que sit d. quia enī d equat duobus e: ergo d duplus est ad e. dico ergo a b c datam esse harmonicam medietatem: inter cuius terminos a b c et eorū differentias d e oēs musice consonantie reperiātur. nam a ad b maximī ad mīmū mōstrata est pportio eē dupla et silit̄ habitudo d ad e dñie scz maiorū ad differētiā minorū etiā ostensa dupla. sunt igitur per diffinitōem a b c termini in harmonicam medietate pstituti. Et si b ad c cōpares mōstratus est sesquialter: quare psonātie diatessaron interuallū. et si a ad b: mōstratus est sesquialter atq; hemiolus et diapēte interuallū. et si a ad c: duplū habes et psonantiā diapason. si x̄o c ad e cōtuleris: habes triplū: et p vicesimāquintā tertij psonantiā cōpositam diapason ac diapente. et si b ad e: quadruplū/ et p vicesimāseptimam tertij bis diapason. at cū cetera mōstrata sint non eē consonātiās: cōstat diatessaron/ diapente/ diapason/ diapason ac diapente/ et bis diapason oēs consonātiās quibus in disciplinis se exercere solent musici: inter terminos harmonicam medietatis et eorū differētiās: fuisse repertas. et si duxeris binariū in a b c et in illos q; inde puenierint et quoties volueris in pueniētes: ex septima secūdi Arithmetices cognoscere poptum est toties cōstitui harmonicam medietatem cōsimiles inter suos terios et suozū teriozū dñas: cōsonātiās musicas seruātem. et idem fuerit si quēcūq; alterū numerum in illos terios duxeris. placuit tñ diuo Seuerino quadragesimo octauo capite secūdi sue Arithmetices ad oēs psonātiās musicas cōplectēdas: duas ordinare medietates harmonicās: vnam in duplari/ et alteram in triplari. sed et idem etiā fieri posse vna sola constituta iam satis monstratum arbitramur.

33 **¶** Quotlibet maximas harmonias quaz quelibet primordium consonantiarū / consonantiāsq; contineat omnes: constituere.

| | | | | | | | |
|-------------|----|----|----|----|------------|-----|------------------|
| Maxima har. | 24 | 18 | 16 | 12 | | | |
| Maxima har. | 12 | 9 | 8 | 6 | Epogdous | b c | Tonus |
| | a | b | c | d | Epitritus | a b | Diatessaron |
| Differentie | 3 | | | 3 | Hemiolus | a c | Diapente |
| | c | | | f | Duplari | a d | Diapason |
| Differentie | | 4 | | 2 | Triplari | d h | Diapason diapēte |
| | | g | | h | Quadruplus | c h | Bis diapason. |

31 **¶** Maximam harmoniam vocant qñ quattuor solidozū teriozū in geometrica medietate cōstituto: sū inter maxim/ vnū mediozū et mīmū medietas Arithmetica p̄tinet: et rursus inter maxim teriozū/ alterū mediozū/ et mīmū cōtinetur harmonica. Medietas geometrica est qñ terminozū est pportionū silitudo. Arithmetica x̄o qñ teriozū est differētiarū equalitas. quid d̄ Harmonica iam dictū est. Solidi termini dicunt qui ex triū in se laterū ductu pducuntur. sed hec oīa ex Arithmetices p̄notissima sunt. Primordium psonantiā appellamus tonum. **¶** Capio ergo d numerū quēcūq; qui scdam et tertiam hēat: sitq; eius secūda f et tertia h. duplo d et sit duplatus a: quicquidē a duplus erit ad d. addo b ad d sitq; cōpositus c. eritq; sesquialterius ad d. sed et cū a mōstratus sit duplus ad d: g per vndecimam p̄mi huius a ad c est sesquialter. Preterea f scdam parrem d addo ipi d et cōpositus sit b: certū est b ad d esse sesquialterū. q̄re p eādē vndecimam p̄mi a ad b est sesquialterius. Ab a c igit̄ qui mōstratus ē sesquialter: ablato a b sesquialterio per quātadecimā p̄mi relinquitur b ad c sesquioctauus. Sit preterea g dñā a ad c q; d p̄tinet tria h: c continebit q̄ttuo et a sex. ergo g dñā a ad c p̄tinet duo h. est itaq; g ad h duplus. et quia f est medietas d/ et b est sesquialterū ad d: ergo b cōtinet tria f. est itaq; f tertia ps b. sed et a sesquialterius ad b addit sup eū tertiaz p̄mi ipius b: ergo dñā a ad b que sit e equat f. dico ergo a/ b/ c/ d maximā cōstituere harmoniam: que tonū psonantiarū elementum/ et oēm cōplectif psonantiā. Nam a ad b mōstratus sesquialterius et silit̄ c ad d sesquialterius. cōtinēt igit̄ a ad b et c ad d per diffinitōem: geometricam medietatem. et dñā a ad b maximī ad vnū mediozū est e/ et b ad d eiusdē medij ad mīmū est f/ et e et f mōstrate sunt equari. igitur per diffinitōem a ad b et b ad c constituūtur in Arithmetica medietate. sed et a ad d maximus ad mīmū mōstratus est duplus: et silit̄ g dñā a ad c maximī ad reliquū mediozū demonstrata dupla ad h dñā c ad d eiusdem medij ad mīmū. igitur per diffinitōem a c d p̄sistūt in harmonicam medietate. cōstat igit̄ p diffinitōem a/ b/ c/ d si solidi sint cōstituere maximam harmoniam. q; si solidi non sint: duc quēcūq; nūerū in quēlibet ipsoz et pueniēt solidi in eisdem habitudinibus quoz cuiuslibet latera erūt vnitas/ numerus in illos ductus et singuli eoz ad singulos: sicq; cōstabit maximam constitutam esse harmoniam. sed iam ostensus est b ad c sesquioctauus: igitur per diffinitōem b ad c cōtinēt tonū consonantiarū p̄mordiū. et a ad b est sesquialterius. igit̄ a ad b p̄tinet diatessaron. et a ad c mōstratus est sesquialter: igitur a ad c cōtinēt diapente. et a ad d duplus: igitur a ad d diapason. et d ad h triplus: igitur d ad h diapason ac diapente. et c ad h mōstratus quadruplus: igitur c ad h cōtinēt bis diapason. et quoties duxeris quēcūq; numerum in a/ b/ c/ d aut in p̄ductos ex illis adiuuare septima secūdi Arithmetices et diffinitōibus: toties cōstitues maximā harmoniam: tonum et oēs consonātiās continentem. est igit̄ effectum qd̄ p̄ponebatur. Et ex hac intelligere potes esse demonstratum que diuus Seuerinus affert de harmonia cubi quadragesimonono/ et de maxima harmonia quinquagesimo quarto capite secūdi sue Arithmetices.


32 **¶** Dis numerus ternaria p̄gressione ad se adiectus: oēm consonantiā in Arithmetica medietate complet.

| | | | | | | | | | | | | | | | |
|---------------------------------------|---|---|----|--------------------|---|---|---|-----------------|----|----|----|----------------------|-----|-----|-----|
| Cōsonātie i Arithmetica medietate | | | | A primavnitare | | | | A sc̄ba vnitare | | | | A tertiavnitare | | | |
permutariq; in lichanas / et tritas in paranetas: constat ergo reliquas a predictis esse mobiles: ut parhypaten hypaton / lichanon hypaton / parhypaten meson / lichanon meson / triten synezeugmenon / paranete synezeugmenon / triten diezeugmenon / paranete diezeugmenon / triten hyperboleon / paranete hyperboleon. Ad tamen animaduerti dignum est q; cum per decimam quartam huius parhypate / et trite in diatonicis et chromaticis respondeant / similiaq; possideant interualla: eas non vsq; adeo (ut cetera sunt) esse instabiles. Et proinde partim mobiles / partimq; immobiles bono iure dici posse videntur.

In tetrachordis diatonicis ab hypate hypaton primo limite consonantiarum: ad quartum vsq; limitem ter diatessaron continetur sed semel dumtaxat in stabilibus / immobilibusq;. Et ad quintum limitem idēdem ter diapente: semel in mobilibus / semel partim variabilis / et semel penitus inuariabilis atq; firma. ad octauum vero septies consonabit diapason: ter in immobilibus / et quater in mobilibus.

Hypate hyp / et consequentes suis locis.

| | Semi | Ton ^o | Ton ^o | Semi | Ton ^o | Ton ^o | Ton ^o | Semi | Ton ^o | Ton ^o | Semi | Ton ^o | Ton ^o |
|------------|------|------------------|------------------|------|------------------|------------------|------------------|------|------------------|------------------|------|------------------|------------------|
| Stabiles | b | | e | | h | i | | m | | p | | | |
| Instabiles | c | d | | f | g | | l | l | | n | | o | |

Cum dicitur a primo limite ad quartum vsq; limitem quintum / ac octauum: primus limes non excludit sed quartum / quintum / ac octauum excludi intelligimus. Sint ergo b c d e f vsq; ad p quattuor tetrachorda et b hypate hypaton / cetero vero consequentes. Dico primo ab b vsq; e ter contineri diatessaron: sed semel solum in immobilibus. Nam per quartam huius b ad c continet semitonium minus et c ad d tonum et d ad e tonum. ergo b ad e consonat diatessaron: eritq; b ad e prima diatessaron consonantia reperta. Et cum ostendit sum sit c ad d et d ad e esse duos tonos et per quintam huius e ad f sit semitonium minus: ergo c ad f consonat diatessaron. eritq; c ad f secunda diatessaron. Item monstratus est d ad e esse tonus et e ad f semitonium minus: et per quintam huius f ad g est tonus. ergo d ad g est diatessaron / eritq; d ad g tertia diatessaron. Sed cum prima harum trium que est b ad e sit ab hypate hypaton ad hypaten meson: quas non monstrauit precedens stabiles immobilesq; et secunda ab c in f parhypate hypaton in parhypaten meson: et tertia ab d in g lichano hypaton in lichanon meson. et parhypate et lichane monstratae sunt mobiles. constat ergo ab b ad e ter diatessaron sed semel dumtaxat in stabilibus / immobilibusq; contineri. **Secundo dico ab b hypate hypaton ad f vsq; parhypaten meson: solum ter contineri diapente. Nam per decimam tertiam diapente tribus tonis semitonioq; minore constat. sed per quartam et quintam huius b ad f solum duos tonos et duo semitonia minora continet: quod duo semitonia minora per 34 scilicet minus uno tono: commate restituunt. q; ut b ad f diapente consonantiam pleat: plena deest apotome. non constituit ergo b ad f diapente. Item c ad g per quartam et quintam huius continet tres tonos qui sunt c ad d: d ad e: et f ad g: et unum semitonium minus quod est e ad f. igitur per decimam tertiam e ad f consonat diapente. eritq; c ad g prima diapente et per eandem d ad h continet tres tonos: qui sunt d ad e: f ad g: et g ad h: et semitonium minus e ad f. ergo d ad h consonat diapente: eritq; d ad h secunda diapente. et ab e ad i per quartam et sextam consimiliter continetur tres toni et semitonium minus. erit ergo e ad i tertia diapente. ter igitur ab b vsq; ad f continetur diapente. sed cum prima sit ab c parhypate hypaton in g lichano meson. et parhypatas et lichanas monstrauerit decimanona huius esse mobiles. erit ergo c ad g prima diapente in mobilibus constituta. et cum secunda sit ab d lichano principalium in h meson: lichanos autem mobilis sit / et mese immobilis: secunda igitur diapente partim variabilis existit. Et cum tertia sit ab e hypate meson ad i paramesen que per eandem decimanonam stabiles monstratae sunt. erit igitur tertia diapente omnino stabilis atq; firma.**

Tertio dico ab b hypate hypaton vsq; ad i paramesen septies contineri diapason: sed solum ter in immobilibus / quater autem in mobilibus. Nam b ad i per quartam / quintam et sextam huius continet quinque tonos et duo semitonia minora. ergo per vice simam primam tertiam b ad i consonat diapason / eritq; b ad i prima diapason. Et per idem c ad l: d ad l et e ad m: singule intercipiunt quinque tonos et duo semitonia minora erit ergo c ad l secunda diapason. et d ad l tertia. et e ad m quarta. sed per quartam / quintam / sextam atq; septimam simul f ad n similiter continebit quinque tonos et duo semitonia minora. similiter et g ad o et h ad p. erit ergo quinta diapason f ad n. sexta g ad o. et septima h ad p. igitur ab b ad i vsq; continetur septies diapason. atqui primam prebent hypate hypaton et paramese diezeugmenon. et quartam hypate meson et nete diezeugmenon. et septimam mese et nete hyperboleon. hypatas autem mesas paramesas et netas monstrauit decima octaua immobiles atq; stabiles. igitur inter illas septem diapason consonantias: diapason ter in immobilibus reperit. Sed secundam prebent parhypate hypaton et trite diezeugmenon. Tertiam lichanos hypaton et paranete diezeugmenon. Quintam parhypate meson et trite hyperboleon. Sextam lichanos meson et paranete hyperboleon sed decimanona parhypatas / tritas / lichanas et paranetas: monstrauit esse mobiles. igitur inter illas septem consonantias diapason vices: quater in mobilibus mutabilibusq; facta reperitur: quod est totum propositum. **Quod autem diuus Severinus sapientium latinorum disciplinas sectantium primus: quem et in hoc opere quantum valemus imitamur suis disciplinis non parum adiuti decimo tertio capite quarti sue musices species diapente numerando eas quattuor faciatur: id introductorie factum putetur: ubi precisam non curauit veritatem. sed communem secutus illic est estimationem. quod facile ex eius superiori determinatione cognoscitur. hic autem non introductionis sed exacte determinationis locus est.**

21 **T**essaradecachordi chromatici inter assignatos limites ter itidē diatessaron : solū semel immobiliter . bis diapēte : semel immobiliter / semelq; partim mobiliter . septies autē diapason : ter vt in diatonico gñe immobiliter / quaterq; mobiliter cōtinet̄ .

| | | | | | | | | | | | | |
|-------|------|--------|-------|------|--------|-------|-------|------|--------|-------|------|--------|
| Semi. | Apo. | Trise. | Semi. | Apo. | Trise. | Tonus | Semi. | Apo. | Trise. | Semi. | Apo. | Trise. |
| b | | e | | h | i | | m | | p | | | |
| | c | d | f | g | | k | l | n | o | | | |

Tessaradecachordum ex quattuor tetrachordis cōstituit̄ : iccirco sic nūcupat̄m : q; quattuordecim chordis / neruis / vocalisue cōtineatur . dico enī primo quattuordecim chordarū in genere chromatico cōtinue per litteras b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p ab hypate hypaton dispositarū a primo ad quartum vsq; limitem : ter cōtineri diatessaron solū semel immobiliter . Itā per decimam b ad e cōcinit diatessaron . eritq; b ad e p̄ma diatessaron . sed ⁊ quia per decimam c ad d est apotome et d ad e trisemitoniū : ergo c ad e cōtinet duos tonos . et per vndecimā e ad f est semitoniū . ergo per sextam tertij c ad f duos tonos et semitoniū cōtinens : erit diatessaron . erit igitur c ad f secūda diatessaron . et quia rursus per vndecimam e ad f est semitoniū minus et f ad g apotome : ergo e ad g tonus . sed d ad e monstratum est trisemitoniū . ergo d ad g p̄tinet duos tonos ⁊ semitoniū : estq; d ad g tertia diatessaron . Et cū p̄ma b ad e sit ab hypate hypaton in hypaten meson per decimā octauā sit immobilis . secūda x̄o c f / et tertia d g : sunt a parhypate ⁊ lichano principalium : q̄ decimanona patefecit esse mobiles . cōstat ergo p̄mū .

Secūdo dico solū bis intra quintū limitem cōtineri diapente . quia enī b ad e per imēdiate mōstratū est diatessaron . et e ad f / et f ad g simul tonus . ergo p̄ decimā tertij b ad g cōcinit diapente . eritq; b ad g p̄ma diapente . ea tñ sex vocibus ⁊ non quinq; explebit̄ : p̄p̄teratē diapente nō seruans . at c ad g non explebit diapente . Itā per modo mōstratū ad diapēte cōplementū deerit b ad c semitoniū minus . neq; c ad h . Itā per vndecimam huius g ad h cōtinet trisemitoniū . at c g ad diapente cōplemētum solū deerat semitoniū minus : superat igitur c h consonātiā diapente completo tono . neq; d h cōtinet diapente . Itā cū c h superet consonātiā diapente integro / cōpletq; tono : dempta ergo c d apotome relinquet̄ d h superas diapente cōsonātiā semitoniū minore . sed e ad i cōsonat diapēte : est enī h ad i per duodecimam tonus . sed d ad h per imēdiate mōstratum superat consonātiā diapente semitoniū minore . dēpto ergo d e trisemitoniū minore : relinq̄tur e h deficiens tono a diapēte : addito igitur h i tono fiet diapente . est itaq; e ad i secūda diapēte . Ab b igitur ad f quintū limitem solum bis sumitur diapēte . Et cū p̄ma diapente b g sit ab hypate hypaton immobilis ad lichanon meson partim mobilem : sit ergo primo partim mobiliter . At x̄o cū secūda e i sit ab hypate meson ad paramesen que mōstrate sunt immobiles : sit ergo secūdo modo immobiliter seruata q; secūdo modo diapēte p̄p̄teratē vt de quinto loco in quintum fiat locum . **T**ertio dico septies fieri diapason ter immobiliter / quater vt de quinto loco in quintum fiat locum . **T**ertio dico septies fieri diapason ter immobiliter / quater vt de quinto loco in quintum fiat locum . Itā cū b ad e per primam partem huius monstrata sit diatessaron : et per sc̄dam e ad i diapente . ergo per vicesimā tertij b ad i cōsonat diapason . erit itaq; b ad i p̄ma diapason . **P**̄terea quia c ad f fuit inuēta secūda diatessaron : et f g est apotome g h trisemitoniū : ergo f h duo sunt toni et h i tonus et i k semitoniū . ergo f k diapēte : et c f vt iā dictū est diatessaron . cōcinit igitur c ad l diapason : eritq; c l secūda diapason . et eodē iure d l tertia diapason adiuuāte duodecima huius . et e m quarta . f n quinta . g o sexta . et h p septima . Sed ter fieri immobiliter et quater mobiliter eodē modo vt in vicesima monstratur .

22 **I**n tetradecachordo enarmonico : inter assignatos limites ter diatessaron ⁊ septies diapason vt in precedētibus continetur . at semel dūtaxat diapente atq; immobiliter .

| | | | | | | | | | | | | |
|------|------|-------|------|------|-------|-------|------|------|-------|------|------|-------|
| Die. | Die. | Dito. | Die. | Die. | Dito. | Tonus | Die. | Die. | Dito. | Die. | Die. | Dito. |
| b | | e | | h | i | | m | | p | | | |
| | c | d | f | g | | k | l | n | o | | | |

Tetradecachordum ⁊ tessaradecachordum idē dicimus . sit igit̄ b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p tessaradecachordū enarmonicū . dico p̄mo inter b e ter cōtineri diatessaron . Itā quia per decimā quintam huius b c d sūt due dieses terrarterie : erit b d semitoniū minus . et d e est ditonus . erit igit̄ b e p̄ma diatessaron . et eodē iure c f secūda . et d g tertia . et quia b e sunt hypate hypaton ⁊ hypate meson : sit igitur p̄ma immobiliter . et c d sunt parhypate hypaton ⁊ lichanos hypaton mobiles : sit igit̄ et duos bus modis mobiliter . **S**ecūdo dico solū semel a primo ad quintum limitem fieri diapente : et id quidē immobiliter . nam non fiet diapente b f quia solā sup̄addit consonātiā diatessaron b e diesim tetrarteriam . neq; b g quia solū sup̄addit consonātiā diatessaron duas dieses que sunt semitoniū minus . neq; fiet b h quia cōsonātiā diatessaron sup̄addit semitoniū minus ⁊ duos tonos . neq; per idē fiet diapente c g aut c h . nam hic abundabit tonus ⁊ diesis : illic autē deerit tonus min⁹ vna diesis . neq; d g nam deerit tonus . neq; d h . nam tonus abundabit . at x̄o cū e h sit diatessaron : nā e f g due dieses / ⁊ h ditonus / et cū h i sit tonus : erit igitur e i diapēte . et cū e sit hypate meson et i paramese q̄ mōstrate sunt immobiles . sit igitur inter assignatos limites solū semel diapēte atq; immobilis . **T**ertio septies fieri diapason vt in diatonicis ex decima quinta declarat̄ quēadmodum vicesima huius mōstrata est .

23 **D**iatonice modulationis : septem modos ordine collocare .

| | A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p |
|----------------------------------|------------|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---------|
| H Hypodorius | | | | | | | | | | | | | | | p 7 dia |
| S Hypophrygi ⁹ | Tonus | | | | | | | | | | | | | | p to |
| L Hypolydius | Semito. | A | | | | | | | | | | | | | p ni |
| D Dorius | Tonus | A | | | | | | | | | | | | | p cl |
| F Phrygius | Tonus | A | | | | | | | | | | | | | p mo |
| Y Lydius | Semitonium | A | | | | | | | | | | | | | di |
| Z Myxolydius | Tonus | A | | | | | | | | | | | | | |

¶ Sit a b c d vsq; ad p pentadecachordum diatonicum. sit r p hypodorio pentadecachordum diatonicum a b c d e f g h i k l m n o p grauißimū: qd vt altoꝝ basis atq; fundamētum statuat: extendo vno tono in acumen proslambanomenon pentadecachordi s amplius q̄ sit proslambanomenos r ad quem ceteras voces suo ordine per quartā/ quintā ⁊ sextam huius in diatonico modulādi genere subiūgo. eritq; pentadecachordum s per diffinitionem hypophrygiū modi. similif extēdo proslambanomenon pentadecachordi t semitono āplius q̄ tensus sit proslābanomenos pētaḍecachordi s cui tetrachorda per quartā/ quintā ⁊ sextam huius vt prius coopto. eritq; per diffinitōem t pentadecachordū hypolydiū modi. et proslābanomenon v vno tono extēdo amplius q̄ hypolydiū: cui ceteras voces suo ordine sequētes in diatonico genere coopto. eritq; cōcentus pētaḍecachordi v per diffinitionem dorius. et si amplius extēdo r vno tono: erit pentadecachordi x cantus phrygius. et si y semitono mīoze: erit eius concētus lydius. At z amplius extenso vno tono: fiet concētus myxolydius. sicq; factū p diffinitōes patebit propositum.

¶ Que diuersorū modozum in aliquo genere fuerit p̄me vocis ad primā habitudo: ea erit secunde ad secundam et tertie ad tertiam et cuiuslibet totius ad totam similis/ eademq; habitudo. 24

| | A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p |
|-----------------------|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| H Hypodorius | | | | | | | | | | | | | | | |
| S Hypophrygius | | | | | | | | | | | | | | | |

¶ Sit a/b/c/d ad p vsq; pentadecachordum hypodorii in aliquo ḡne vt diatonico: et q/r/s ⁊ sequētes pentadecachordū hypophrygiū. distabitq; iccirco q proslambanomenos hypophrygiū ab a proslābanomeno hypodorii modi acutior vno tono. dico ergo singulas hypophrygiū: singulis hypodorii vt hypatas hypatis/ parhypatas parhypatis/ lichanas lichanis et ita consequētes: s̄līter tono/ toniq; proportione distare. Nam cū pentadecachordum a p et pentadecachordum q g sint vtraq; a proslābanomeno in neten hyperboleon diatonice extēsa: ergo que p̄portio a ad b ea est per quartā huius q ad r: ergo per tertiam secundi Arithmetices permutatim vt a ad q ita b ad r. at a ad q mōstratus est esse tonus: igitur et b ad r tonus. et cōsimiliter de sequentibus ostendatur.

¶ Totus ordo diatonicus pētaḍecachordi hypophrygiū modi: totum hypodorium vnus acumine toni superat: et totus hypolydius cūdem trisemitonio. singule quoq; dorii singulas hypodorii diatessaron consonantia. totus vero phrygius consonantia diapente. lydius aut diapēte atq; semitonio. et myxolydius diapēte atq; sesquitono. 25

| | A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p |
|----------------------------------|------------|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---------|
| H Hypodorius | | | | | | | | | | | | | | | p 7 dia |
| S Hypophrygi ⁹ | Tonus | | | | | | | | | | | | | | p to |
| L Hypolydius | Semito. | A | | | | | | | | | | | | | p ni |
| D Dorius | Tonus | A | | | | | | | | | | | | | p cl |
| F Phrygius | Tonus | A | | | | | | | | | | | | | p mo |
| Y Lydius | Semitonium | A | | | | | | | | | | | | | di. |
| Z Myxolydius | Tonus | A | | | | | | | | | | | | | |

¶ Hā proslambanomenos hypophrygiū tono superat acumine proslambanomenon hypodorii. ergo per precedētem totus hypophrygius ordo totū hypodorium ordinem: toni superat acumine. et quia proslambanomenos hypolydiū superat acumine semitoniū minoris hypophrygiū: ergo idem superat acumine proslambanomenon hypodorii trisemitonio. igitur per precedētem totus hypolydius ordo totū hypodorii ordinē trisemitonio superauit acutior. sed ⁊ qz dorius toni acutie vincit hypolydiū: ergo dorius duobus tonis ⁊ semitonto acutior est hypodorio. ergo per sextā tertij eo acutior est cōso

nantia diatessaron. quare per precedentem singule dozi singulis hypodozi diatessaron consonantia sonant acutiores. et phrygius addit tonum in acuminē dozi: igitur totus phrygius toto hypodozio diapente consonantia modulatur acutior. et lydius phrygio addit semitonium min⁹ et myxolydius lydio tonum. igitur lydius hypodozio diapente et semitonio et myxolydius diapente et sesquitono sonabit acutior. quod totum est propositum.

26 **H**ypolydius diatonicus hypophrygium diatonicum semitonio et dozius trisemitonio/phrygius diatessaron/lydius diatessaron et semitonio/myxolydius diatessaron consonantia/atque sesquitono supercavit acutior: et dozius hypolydio tono/phrygius ditono/lydius diatessaron et myxolydius diapente: phrygius autem ad dozium sonat tonum lydius trisemitonium et myxolydius diatessaron/lydius phrygio semitonium et myxolydius sesquitono: myxolydius autem lydio tonum.

Hec ut precedens vel facillime monstrabitur.

27 **S**eptem modos chromactice modulationis constituere.

| | | A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p | |
|---|-------------------------|--------------|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|-----|------|
| R | Hypodorius | | | | | | | | | | | | | | | p 7 | |
| S | Hypophrygi ⁹ | Tonus | | | | | | | | | | | | | | p 7 | Chro |
| T | Hypolydius | Semiton. | A | | | | | | | | | | | | | p 7 | ma |
| A | Dozius | Apotome | A | | | | | | | | | | | | | p 7 | tict |
| X | Phrygius | Trisemitoniu | A | | | | | | | | | | | | | p 7 | mo |
| Y | Lydius | Semitonium | A | | | | | | | | | | | | | | di |
| Z | Myxolydius | Apotome | A | | | | | | | | | | | | | | |

Facio pentadecachordum chromacticum per decimam/undecimam/et duodecimam huius et scilicet sex alia scilicet s/t/v/x/y/z: facioque pentadecachordum s tono acutius r. et t pentadecachordum semitonio acutius s. v vero apotomes interuallo acutius t. et x trisemitonio amplius q v. y semitonio amplius q r. et z apotome transcedere y: dico ergo septem modos chromactice modulationis esse ordinatos. nam r erit hypodorius s p diffinitioem hypophrygius chromaticus. t hypolydius. v dozius. x phrygius. y lydius. z myxolydius.

28 **Q**uo pacto singuli cuilibet inter se chromatici modi respondeant: ostendere.

Distat p precedentem hypophrygius ab hypodozio chromatico tono. et hypolydius ab hypophrygio semitonio. distat igitur hypolydius ab hypodozio acutior trisemitonio. et dozius ab hypolydio distat apotome. igitur dozius ab hypodozio remotus est ditono. phrygius autem ab dozio trisemitonio. igitur phrygius ab hypodozio remouetur tribus tonis et semitonio: hoc est totius consonantie diapente interuallo. et lydius a phrygio semitonio. igitur lydius ab hypodozio diapente atque semitonio. myxolydius ab lydio distat apotome. igitur myxolydius ab hypodozio diapente consonantia distat acutior atque tono. Et hoc pacto de reliquis ex precedente facilis est ostensio. ut hypolydius ab hypophrygio distat semitonio. dozius a phrygio diatessaron. lydius diatessaron et semitonio myxolydius diapente. dozius a phrygio distat apotome. phrygius ditono. lydius diatessaron. myxolydius tritono. Phrygius a dozio trisemitonio. lydius tono et duobus semitonis minoribus. myxolydius vero diatessaron. Lydius a phrygio semitonio et myxolydius tono. distat autem myxolydius ut iam quoque dictum est a lydio maiore semitonio. sicque constructum est propositum.

29 **S**eptem itidem enarmonicos modos ordinare.

| | | A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p | |
|---|-------------------------|---------|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|-----|------|
| R | Hypodorius | | | | | | | | | | | | | | | p 7 | |
| S | Hypophrygi ⁹ | Tonus | | | | | | | | | | | | | | p 7 | Enar |
| T | Hypolydius | Diesis | A | | | | | | | | | | | | | p 7 | mo |
| A | Dozius | Diesis | A | | | | | | | | | | | | | p 7 | ni |
| X | Phrygius | Ditonus | A | | | | | | | | | | | | | p 7 | ci |
| Y | Lydius | Diesis | A | | | | | | | | | | | | | | mo |
| Z | Myxolydius | Diesis | A | | | | | | | | | | | | | | di. |

Sint r/s/t/v/x/y/z septem pentadecachorda: et sit per decimaquintam huius r pentadecachordum enarmonicum: intendo proslambanomenon pentadecachordi s vno tono amplius pentadecachordo r. et t diesi amplius q s. et v diesi amplius q t. et x ditono amplius q v. et y amplius diesi x. et z amplius itidem diesi q y. erunt ergo fm acumen intensa sex post primum pentadecachorda: primo tono. deinde duabus diesibus et ditono. demum duabus diesibus: qui quidem intendendi modus enarmonice modus

lacioni peculiaris ppiusq; habetur. sunt igitur septem pēradecachorda r/s/t/v/x/y/z: septem enarmonice modulationis modos continētia. quod demonstrari propositum erat.

Singulorum enarmonicorum modorum: ad quēlibet habitudines demonstrare. 30

Cuius ex precedēti demōstratio clara esse potest. Primo hypophrygiū ab hypodorio distantia esse tonum. hypolydiū tonum et diesim. dorii sesquitonum. phrygiū diapente. lydiū diapente ac diesi. myxolydiū diapente et semitonio. Secūdo hypolydiū distare ab hypophrygio diesi. dorii semitonio. phrygiū diatessaron. lydiū diatessaron et diesi. myxolydiū diatessaron et semitonio. Tertio dorii ab hypolydio diesi. phrygiū ditono et diesi. lydiū diatessaron. myxolydiū diatessaron et diesi. Quarto phrygiū a dorio ditono. lydiū ditono et diesi. myxolydiū diatessaron. Quinto lydiū a phrygio diesi. et myxolydiū semitonio. Sexto myxolydiū distare diesi a lydio. **S**eptem enī modos et nō plures adiecit p̄scozum autoritas pythagoricorū. ut enī numerus a monade ad denariū vsq; variū crescens p̄gredit: mox x̄o sequens denarius vnitatis vicem obtinet primāq; explicat vnitatem eiusdē indiuidue monadis consors / et emulus: q̄ ad centenariū vsq; rursus nouenaria p̄gressiōe se extendit: relapsus tādem in tertiam vnitatem. Ita quoq; vocū dissimilitudo ac varietas ex quibus instar celestis harmonie concentus humani / modi q; formātur ad octonariū vsq; surgit. sunt q; septem cōtinue voces inter se varie quibus succedens octonaria vocis plenitudo (Primus enī numeralis cubus primāq; tessera octonarius) ad primā rursus sonat ut eadē: et ad eam sese habens perinde ac denarius ad vnitatem. Et hec octonaria series in omī modulationis genere sic rata procedit: ut cōtinue octauo quoq; loco octauū per similem sibi et pene eundem sonus offendat sonum. itavt ex duobus natia quadam / concordiaq; affinitate iam vnū sonum et non multos parere videātur: vsq; adeo enī se miscēt / et mutua se iungūt / copulātq; amicitia. Et hāc septemvocum q̄ grauiſſima tardissimāq; est: Saturno debetur. prima Ioui: tertia Marti. quarta P̄hebo. quinta Veni. sexta Mercurio. septima x̄o eaz acutissimā / cōcitatissimāq; Lūe octaua aut rursus reuoluit ad Saturnū / nona ad Iouem / decima ad Martem. et hoc pacto p̄sequētes: ut sapiens voluit antiquitas. Et reuera totius vniuersi harmonia septenario cōpleta est. et hec septem in celo celestem: in his aut inferioribus corpoream / sensibilēq; tēperāt harmoniam. sed hec magi plenius discutiāt. hinc licet cognoscere cur hypermyxolydius: septem pythagoricis modis haud multū veniat accōmodādus. Hā si in diatonico genere myxolydiū pēradecachordū p̄ hypermyxolydio vno tono amplius acuat: totus is vbiq; modus ad hypodorii sonaret diapason / octauusq; natus esset sonus: qui ad primū idem / congeneusq; naturali affinitate redditur. quare non ab hypodorio primo modo omnifariam varius putandus est. et eque si myxolydius intendetur trisemitonio in chromate et ditono in enarmonio: sed de his forte āplus q̄ presenti negotio par sit dictum est. Et modi quos adiecere recentiores vt diuus Gregorius ab hac modorū antiquitate rececūt. et pleraq; alia q̄ posteriores musci inculcauerunt et que ab illis facile requiras. et nra quoq; tempestate musicum modulamen / atq; oēm concinētiam ad celeritatem quādā precipitēq; leuitatem reducere conātur: modestam grauem seriāq; ac decoram cōcentuū moderatiōem p̄parū atēdētes. a moderatiōe enī dicti sunt modi. parū item atēdentes p̄sco musices honestatis / grauitatisq; decus: qua amentes arreptitiosq; soluebāt. sanitates inducebant feros hominum mores vt olim Thracius Orpheus / ad māuetos virtutis callem reuocabant. et ex sensibiliū harmonia ad celestis harmonie desiderium captiuas aīas tanq̄ sui iam memores exiliū vbertim fluentibus oculis euocabant. hoc enī modorū accōmoda mediocritate Pythagore discipuli faciebāt. non enī is inter hoīes modestior: cui oīs incessus cursus videt. neq; is cuius preceps nimium loquela presentium ludit intelligentiam. Ita quoq; neq; ij modestiores modi: qui nimia sui festinantia q̄si in venerea chorea lasciuētes p̄fugiūt auditum. Hac enim de causa Pythagorea schola molles chromatismodos repudiavit et Spartiate solēni decreto Thimotheum Milesiū increpauerūt vehemēter diatonicos concētus potius approbātes. qui si apte moderētur virtutis p̄ se ferunt modestiam. vt enī nimia tarditate ceu torpore quodā fastidimur inani. Ita nimia celeritas molliciem quādāz p̄ se fert inhonestam. medium enī neq; celeritate preceps nec ignaua tarditate pigrum: laudabile virtutisq; emulū. quā oīs etas p̄bauit p̄baturaq; est: et ad quā musci modi tanq̄ moderationis animi quēdā certe regule nos perducere debent: et ad diuina mentes nostras iugiter rapere. et felices is erunt qui hoc fine et muscen et oēm mundanam philosophiam quesserint. neq; talib; deesse solet celestis fauor atq; p̄sidiū. qui autēz secus faciunt miseri: quales nullos ad quos nostra hec modulationū elementa peruenerint futuros desideramus: quin eis oīs harmonie vite decus: feliciter optamus / nostriq; victuros memores.

Quarti elementorum Musices Jacobi Stapulensis finis.

| | | | | | | | | | |
|----|----|----|----|----|----|----|----|----|-----|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 |
| 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 29 | 30 |
| 31 | 32 | 33 | 34 | 35 | 36 | 37 | 38 | 39 | 40 |
| 41 | 42 | 43 | 44 | 45 | 46 | 47 | 48 | 49 | 50 |
| 51 | 52 | 53 | 54 | 55 | 56 | 57 | 58 | 59 | 60 |
| 61 | 62 | 63 | 64 | 65 | 66 | 67 | 68 | 69 | 70 |
| 71 | 72 | 73 | 74 | 75 | 76 | 77 | 78 | 79 | 80 |
| 81 | 82 | 83 | 84 | 85 | 86 | 87 | 88 | 89 | 90 |
| 91 | 92 | 93 | 94 | 95 | 96 | 97 | 98 | 99 | 100 |

Thomae de Cantuarie episcopi scripturae ad Galatas...

Deinde in istis litteris formulis firmatae sunt...
omnes in christo...
omnes in christo...

Vertical text on the left margin, likely a list of items or a table of contents.

¶ Jacobus Faber Stapulensis Magnifico dño: Joanni Stephano Ferrerio designato Episcopo Uersellensi studiosorum amanuſſimo.

h In diebus metallicis formulis Arithmetices pariter atq; Musices cōmissis elemētis: cogitanti michi dignissime p̄sul quid illoꝝ facilem prepararet intelligētiam: occurrit si introductio quedā ex diuina illa et Pythagorica diui Seuerini Boetij nūmerorū institutione in mediū afferretur: que et vt domestica/familiarisq; ante alioꝝ lectiōem et tāta demonstrationū pōdera directrix haberet. Ita enī ferme compatum est vt nisi mens rite preparata fuerit: nullum in disciplinis capiat emolumentum. Ut enī periti medici portiones/digerentiaq; fortibus p̄mittunt pharmacijs quo firmiorē inducant valitudinem: ita quoq; in omni disciplinarū genere opere precium est introductiones p̄mittere vt faciliorem assequamur discipline intelligētiam velut quādam perfectam nre mētis sanitatem. Quapropter ilico ex libris diui Seuerini Epitomen sum aggressus: cuius multiplex cōmoditas futura est. Ea enim assecuta: ad numeroꝝ demonstratiōes vt quibusdam Pythagore ritibus iniciati preparatiq; accedent atq; illoꝝ librorum prisca sapientia refertorum institutionis Arithmetices: perfacilem capessent intelligentiam. imo ex vltima comparationis diui Seuerini et Jordani formula vniuersam elegātissime et nunq; satis laudate numeroꝝ institutionis cōmentationem consequētur facillime et ad quecunq; que numeroꝝ desiderant operam: viam perfacilem atq; aditum. Hanc ergo introductiunculam dignissime p̄sul non dubitavi nomini tuo designare: tametsi tue dignitatis habita ratione res sit exigua. Ut qui noꝝim q̄ feruidus oia studia complecteris/ q̄ in illis versaris assiduus schole ppe Socratice assertor: nullum preter sapientiam bonum esse/ nullum preter studia litterarum. Non potest ergo obseruantia in te mea in re litteraria grata non fore: qui facis litteras/litteratosq; omnes obseruando: vt te debeant omnes obseruare littere. quod vtinam aliquādo pro dignitate facere possim tue virtutis iam satis longa consuetudine probate: iugis/assiduusq; cultor. Vale.

¶ Jacobi Fabri Stapulensis Epitome in duos libros Arithmeticos
 diui Seuerini Boecij ad Magnificum dñm: Joannem Stephanum
 Ferrerium Episcopum Clericellensem.

Inter disciplinas mathematicas quibus neglectis omnis obscuratur
 disciplina: tanq̃ ceterarū parens/aut atq̃ domina: primum sibi ven-
 dicat Arithmetice locum que vt rite cognoscat̃ queadmodū et cetera
 certus eget aduinculis. inter que primo menti figenda est vniuersorū
 circa que versatur subiecta formula/mox singulorū definitiones/post
 quas numerorum affectiones/proprietatesq̃/post proprietates: quo
 ex loco vniuerse sunt monstrande.

¶ Formula vniuersorum circa que negociat̃ Arithmetica.

| | | | | | |
|-------------------------------|-------------------------------|-------|-------------------|----------|---------------------------|
| Numerus | Sesquiquintus | 6.5. | Ante longior | 15. | |
| Secundum se 2. | Superpartiens | | Solidus | | |
| Adaliquid 4.2. | Superbipartiens | 5.3. | Pyramis | 4. | |
| Scdm figurā 3. | Supertripartiens | 7.4. | Cubus 8. | latus 2. | |
| Numerus scdm se | Superquadrupartiens | 9.5. | Pyramis | | |
| Par 2. | Superquintupartiens | 11.6. | Trigona | 4. | |
| Impar 3. | Supersextupartiens | 13.7. | Tetragona | 5. | |
| Par | Admultiplex superparticularis | | Pentagona | 6. | |
| Pariter par 4. | Duplus sesquialter | 5.2. | Hexagona | 7. | |
| Pariter impar 6. | Duplus sesquitercius | 7.3. | Curta pyramis | 29. | Sui tetragoni sūt 16.9.4. |
| Impariter par 12. | Duplus sesquiquartus | 9.4. | Biscurta | 25. | Sui tetragoni sunt 16.9. |
| Perfectus 6. | Triplus sesquialter | 7.2. | Tricurta | 41. | Sui tetragoni sunt 25.16. |
| Diminutus 4. | Triplus sesquitercius | 10.3. | Laterculus | 18. | Latera sunt 3.3.2. |
| Abundans 12. | Triplus sesquiquartus | 13.4. | Asser | 12. | Latera sunt 2.2.3. |
| Impar | Admultiplex superpartiens | | Luncus | 24. | Latera sunt 2.3.4. |
| Primus 3. | Duplus superbipartiens | 8.3. | Nūerus circularis | 25. | |
| Compositus 9. | Duplus suptriptiens | 11.4. | Sphericus | 125. | |
| Ad altū p̃ 9.2.5. | Duplus supquadruparties | 14.5. | Parallelepipedus | 12. | Latera sunt 2.3.2. |
| Numerus adaliquo | Triplus superbipartiens | 11.3. | Medietas | 6.4.2. | |
| Æqualitas 10.10. | Triplus suptriptiens | 15.4. | Arithmetica | 6.4.2. | |
| Inæqualitas 10.5. | Triplus supquadruparties | 19.5. | Geometrica | 9.6.4. | |
| Inequalitas | Numerus scdm figuram | | Abusica | 6.4.3. | |
| maior ineq̃. 10.5. | Linearis | 2. | Arithmetica | | |
| maior ineq̃l. 5.10. | Planus | 4. | Continua | 6.4.2. | |
| Ad maior inæqualitas | Solidus | 8. | Disiuncta | 7.5.6.4. | |
| Admultiplex 2.1. | Planus | | Geometrica | | |
| Supparticularis 3.2. | Trigonus | 3. | Continua | 9.6.4. | |
| Supparties 5.3. | Tetragonus | 4. | Disiuncta | 9.6.3.2. | |
| Admultiplex | Pentagonus | 5. | Quarta medic. | 6.5.3. | |
| Duplus 2.1. | Hexagonus | 6. | Quinta medietas | 5.4.2. | |
| Triplus 3.1. | Heptagonus | 7. | Sexta | 6.4.1. | |
| Quadrupl ^o . 4.1. | Octogonus | 8. | Septima | 9.8.6. | |
| Quincuplus 5.1. | Ennagonus | 9. | Octaua | 9.7.6. | |
| Superparticularis | Decagonus | 10. | Nonā | 7.6.4. | |
| Sesquialter 3.2. | Endecagonus | 11. | Decima | 8.5.3. | |
| Sesquiterci ^o 4.3. | Dodecagonus | 12. | | | |
| Sesquiquart ^o 5.4. | Altera parte longior | 6. | | | |

- N**umerus est multitudo ex unitatibus aggregata.
- N**umerus secundum se sumptus est numerus qui in comparatione ad alterum minime consideratur/neque ut ad figuras geometricas applicatur.
- N**umerus ad aliquid: est qui in comparatione ad alterum sumptus: consideratur.
- N**umerus secundum figuram dicitur: prout ad figuras geometricas applicatur.
- N**umerus par: est qui in duo equa diuidi potest.
- N**umerus impar: est qui in duo equa minime diuidi potest.
- N**umerus pariter par: est numerus par cuius partes in duo equa ad unitatem usque sectionem recipiunt.
- N**umerus pariter impar est numerus par cuius media: equalium partitionem non admittunt.
- N**umerus impariter par: est numerus par cuius media equalium partitionem admittunt sed partium in duo equa partitio citra unitatem deficit.
- N**umerus perfectus est numerus par: cuius omnes compositae simulque acceptae partes: sui totius summam implent. Pars est que aliquoties sumpta neque excrecendo neque deficiendo suum totum metitur.
- N**umerus diminutus est cuius collectae partes: minus ipso toto reddunt. qui et imperfectus dicitur.
- N**umerus abundans: est cuius in unum adaequatae partes totius summam excedunt: qui et idem superfluus nuncupatur.
- N**umerus primus est numerus impar: qui sola unitate metitur. et idem quoque incompositus nominatur.
- N**umerus compositus est numerus: quem non sola unitas sed et alter numerus ipsum mensurat: qui et idem secundus appellatur.
- N**umerus solum ad alterum primus est numerus: qui secundum se compositus est: ad alterum vero comparatus sola cum illo communi metitur unitate. Par. impar.
- E**qualitas: est cum equalis numerus ad equalem comparatur.
- I**nequalitas vero est cum inequalis ad inequalem comparatur.
- A**d maiorem inequalitas: est cum numerum maiorem ad minorem comparamus.
- A**d minorem vero inequalitas contra: quoties minorem maiori comparamus.
- N**umerus multiplex est cum maior numerus minori comparatus: eundem plusquam semel continet ut bis/ter/quater: et ita deinceps.
- U**nitatem numerorum fontem/principiumque: etiam numeri appellatione censemus.
- D**uplus est cum maior numerus minori comparatus: minorem bis continet.
- T**riplus cum ter continet.
- Q**uadruplus cum quater.
- Q**uincuplus cum quinquies: et hoc pacto deinceps secundum naturalem numerorum progressionem.
- N**umerus superparticularis est cum maior numerus minori comparatus totum in se numerum minorem continet: et eius partem aliquam.
- S**esquialter est numerus superparticularis cum maior totum continet minorem: et eius medietatem. et idem dicitur hemiolus.
- S**esquitercius est cum maior continet totum minorem: et eius tertiam partem. qui et dicitur epitritus.
- S**esquiquartus est cum maior continet totum minorem: et eius quartam partem. Et si quintam continet vocatur sesquiquintus. et ita deinceps secundum numerorum seriem.
- N**umerus superpartiens est cum maior continet in se totum minorem: et eius insuper aliquot partes ut duas/tres/quatuor aut quotquot attulerit ipsa comparatio. De us partibus id intelligitur: que minoris unam partem non efficiunt.
- S**uperbipartiens est cum maior continet minorem et duas eius partes.
- S**upertripartiens est cum tres eius partes insuper continet.
- S**uperquadrupartiens cum quatuor: et hoc pacto deinceps.

Numerus multiplex supparticularis est quoties maior numerus ad minorem comparatus habet cum plusquam semel et eius partem aliquam.

Et si bis continet et eius medietatem vocatur duplus sesquialter.

Et si bis et tertiam duplus sesquitercius.

Et si ter et medietatem triplus sesquialter et ita deinceps: ex utriusque denominatione multiplicis et supparticularis prout comparatio attulerit nomina colligendo.

Numerus multiplex suppartiens est quoties maior numerus minori comparatus minorem plusquam semel continet et insuper eius aliquot partes. et nomina sumit proposita ex utraque comparationis denominatione. ut hec: duplus superbipartiens/duplus supertripartiens/triplus/quadruplus/quincuplus supbipartiens et similia. Et quo pacto quinquaginta sumuntur species comparando maiorem numerum ad minorem eo pacto sumuntur quinquaginta correlatiue comparato minore ad maiorem: quorum et suorum specialium modorum specierum nomina: sola sub propositione addita effingimus: que sunt. submultiplex subsuperparticularis/subsuperpartiens/submultiplex subsupparticularis/submultiplex subsuperpartiens. et species submultiplicis sunt subduplus/subtriplus/subquadruplus/subquincuplus. et hoc pacto deinceps.

Species subsuperparticularis: subsesquialter/subsesquitercius/subsesquiquartus/subsesquiquintus. et hoc pacto deinceps.

Species subsuperpartientis sunt subsuperbipartiens/subsupertripartiens/subsuperquadrupartiens. et hunc in modum consequenter.

Species submultiplicis subsupparticularis subduplus subsesquialter/subtriplus subsesquialter et similes.

Species submultiplicis subsuperpartientis sunt subduplus subsupbipartiens subduplus subsupertripartiens atque cetera similes secundum rationis/comparationis naturam. sed hec statim nota sunt.

Numerus linearis est qui per plures in unam/eandemque partem adiectas: describitur unitates.

Numerus planus est qui per suas unitates descriptus: in longum atque latum porrigitur.

Numerus autem solidus est qui per suas unitates descriptus longitudini et latitudini crassitiem superaddit/ trinogque distenditur interuallo.

Trigonus est numerus planus: qui suis unitatibus explicatus tria latera possidet equalia.

Tetragonus: quattuor equalibus angulis perficitur.

Pentagonus: quingque.

Hexagonus sex.

Heptagonus septem.

Octogonus octo.

Ennagonus nouem.

Decagonus decem.

Endecagonus undecim et hunc in modum deinceps: quos appellatione latina nuncupare possumus triangulos/quadrangulos/quinquangulos/sexangulos/septangulos/octangulos/nonangulos/decangulos/undecangulos et hoc pacto consequenter.

Numerus altera parte longior est numerus planus qui per unitates descriptus: longitudini latitudinem habet unitate discrepantem. et idem longilaterus appellatur.

Numerus vero antelongior: est qui per unitates descriptus latera sua habet plusquam unitate disiuncta. hoc est longitudinem latitudini plusquam unitate dissentientem.

Pyramis est numerus solidus cuius singula latera sunt ab uno planorum ad unum cacuminis verticem eleuata. Et planus numerus a quo latera eriguntur: pyramidis basis nuncupatur. Punctus autem unitatibus in qua conueniunt pyramidis conus/mucro/vertex dicitur. que si ex base triangula nascitur: pyramis triangula nominatur.

Si ex base quadrangula: pyramis tetragona. et hoc pacto deinceps.

deco. b. c. s. p. i. e. r.

bue p vniuersitate res nobis acqru

tus aut ab intestato ad legitimam spe

insolidu otibus credito: b? et lecataria etiaz si ex

Perfecta pyramis ea est cuius laterū ad verticē erectio: citra vnitatē non deficit.
Curta vero pyramis ea est cuius laterū erectio ad vnitatē vsq; nō ascendit: cui si sola
 monas deest q̄ est prima pyramis: curta dicit̄. Si vntas et planus vnus: biscurta.
 Si duo tricurta nominatur. et hoc pacto deinceps.
Cubus est nūerus solidus sex equis supficialibus/ planisq; numeris contentus: equā
 de se longitudini et latitudini altitudinē prebens. et iudē numeri: tessere nūcupant̄
 que duodecim equa latera semp habent/ solidos angulos octo/atq; supficies sex.
Laterculus is solidus est: qui longitudini latitudinem equam habens: altitudinem
 possidet contractiorem.
Alter: cuius cū longitudo latitudini sit equa: altitudinē habet maiorem.
Luneus vero qui longitudinē/latitudinem/ et altitudinē in se cōtinet inaequales
Circularis numerus est cū latus in se ducitur et tetragonus inde nascens in idem ter
 minatur. et rursus cū idem latus in tetragonū: nascitur cubus qui in idē reuoluit̄
 et is cubus sphaera/sphericusq; cubus appellat̄. Et cum rursus quotiēs idem latus
 in cubum vel si in infinitū duxeris: qui inde nascitur numerus: in eiusdē lateris nu
 merum terminat̄/ reuoluiturq;.
Parallelepipedus solidus numerus est equidistātib; supficialibus/ planisq; nūeris
 cōtentus neq; omnino quidē equalibus neq; omnino inaequalibus.
Medietas est duar; pluriūve proportionū similis habitudo.
Medietas arithmetica est medietas: cuius termini equas seruant drias.
Termini sunt numeri: medietatis proportionēs constituentes.
Differentia est quo numerus numerum superat ac vincit.
Continua medietas arithmetica ea est que in tribus continue numeris continetur.
 Si vero in quattuor discōtinue cōtineat̄: disiūcta medietas arithmetica nūcupat̄.
Medietas geometrica est medietas cuius termini equas seruāt proportionēs. Que
 si in tribus continue terminis cōtinetur: cōtinua. Sin vero in quattuor discōtinue:
 disiūcta nominatur.
Medietas harmonica ea est in qua quēadmodum maximus terminus ad minimum
 ita differētia maiorum ad differētiā minorum sese habet.
Quarta medietas est in qua quēadmodum maximus terminus ad minimū: ita diffe
 rentia minorum ad differētiā maiorum.
Quinta medietas in qua quēadmodum medius ad minimū: ita minorum differētia
 ad differētiā maiorum.
Sexta est in qua quēadmodum maximus ad medium: ita minorū differētia ad diffe
 rentiam maiorum.
Septima vt quēadmodum maximus ad minimū: ita extremorum differētia ad diffe
 rentiam minorum.
Octaua quemadmodum maximus ad minimū: sic eorum differētia ad differētiā
 maiorum.
Nona quēadmodum medius ad minimum: sic extremorū differētia ad differētiā
 minorum.
Decima quēadmodum medius ad minimū: ita extremorū differētia ad differētiā
 maiorū. Et he septem vltime presertim adiecte: quo Pythagore denarius impleat̄
 in tribus terminis consistunt.

Nu m e r i p r o p r i e t a t e s.

Omnis numerus circum se proxime positorum atq; simul iunctorum comperitur 1
 medietas.
Omnis numerus duorū quorūcunq; extrinsecus iacentium et ab eo equaliter distan 2
 tum: indē est medietas.

Numeri paris proprietas

- 1 Cum numerus par in duo partitur: si earum partium vna par est et altera parem esse necesse est.
- 2 Cum par itidem in duo partitur si earum partium vna impar est: altera erit impar.
- 3 Par parem si multiplicet semper nascitur par.
- 4 Par imparem si multiplicet nascitur par.

Numeri imparis proprietas

- 1 Quilibet numerus impar in duo partitus: vt vnam partem parem et altera imparem habeat necesse est.
- 2 Impar impari si multiplicet protinus nascitur impar.
- 3 Impar si multiplicet parem: procreabitur par.

Numeri pariter paris proprietas

- 1 Quilibet numerus pariter par partem quolibet et nomine et quantitate parem habet. Nomine quidem et denominatione habeat a numero pariter pare: quantitate vero et ea ipsa numerus sit pariter par.
- 2 Omnis numerus pariter par est aliquis duplicium ab vno continue sumptorum. Et quilibet duplorum ab vno et solum talem: pariter parem esse necesse est.
- 3 Quotcumque pariter pares ab vno connumerata vnitatem collecti: sequenti minimo restituntur.
- 4 Omnis numerus pariter par est diminutus.
- 5 Omnis numerus pariter par: ex respondentibus sibi mutuo partibus procreatur. Partes mutuo sibi respondentes: pars denominans et denominata.
- 9 Numerorum pariter parium continue dispositorum si series est impar: quod sub extremis continetur equum est ei qui continetur sub medio in se ducto. deinde sub circumpositis usque ad seriei expletionem. Si vero fuerit par: equum est ei qui sub duobus mediis continetur. deinde usque ad alitricus illis adiungitur et hoc pacto usque ad seriei expletionem.

Numeri pariter imparis proprietas

- 1 Quilibet numerus pariter impar: medietatem habet imparem.
- 2 Omnis numerus pariter impar quolibet sui parte alterius quantitatis retinet et denominationis. Nam si quantitas est par: denominatio erit impar et contra semper eueniat.
- 3 Omnis numerus pariter impar gignitur ex imparibus continue ab vnitatem sumptis: in quos binarius ducitur.
- 4 Omnes numeri pariter impares sese quaternaria numerositate transcendent: quattuor naturali serie inceptos continue relinquentes et ab sese continue quinto loco distantes.
- 5 Omnis numerus pariter impar: duorum simul pariter imparium alitricus equidistanter iacentium et naturali serie collectorum est medietas.
- 6 Omnium numerorum pariter imparium pariter et continua serie dispositorum: duas medietates simul iunctas suis proxime alitricis numeris et illis qui super illos sunt usque ad vnitatem: simul in vnicuique collectis equari necesse est.

Numeri impariter paris proprietas

- 1 Omnis numerus impariter par aliquas eius partes habet et denominatione et quantitate respondentes: aliquas vero denominatione et quantitateque dissentientes.
- 2 Omnis numerus impariter par ex numero pariter pari et pariter impari procreatur.
- 3 Completa ad longitudinem et latitudinem impariter parium serie: qui per longitudinem descripti sunt: sextam pariter parium seruat proprietatem. qui autem in latitudine sextam seruant pariter imparium. Longitudo seriei est que a sinistro porrigitur in dextrum. Latitudo vero que ab imo euadit ad sursum.

Im me ri per fe cti pro pri e ta tes. 1
 Omnis numerus pfectus alternatim altero senario/octonarioq; terminatus cōperit. 1
 Omnis numerus pfectus ex pariter paribus ab vnitae sua serie collectis nascit: qui 2
 in vnum congesti/congregatioq; numez primū constituit: in quē ducitur aggre-
 gatorum maximus.

Im me ri di mi nu ti et abun dan tis pro prie tates 1
 Omnis numerus diminutus: a sola monade aut a numero diminuto numerat. 1
 Numerus abundans: solum abundantem numerat. 2

Im me ri pri mi et com po si ti pro pri e ta tes. 1
 Omnis numerus primus ad omnē quem nō numerat primus est. 1
 Omnis numerus compositus: a primo numeratur. 2

Omnis numerus ppositus post aliquem impariū naturali serie dispositoz totus esse 3
 probat: quotus numer^o ille ipar ab vnitae fuerit aut post aliquē supra ipm iparē
 totozū: totus. Quotus/et totus: vt tertius/quintus/septimus z hoc pacto deinceps.
 Omnis numerus primus aliquis impariū est hoc pacto dispositoz qui post nullum 4
 imparē aut aliquem supra ipsum totozū: totus venerit quotus aliquis imparium
 fuerit ab vnitae.

Im me ri ad al te rum pri mi pro pri e ta tes. 1
 Omnes numeri adinuicē primi singuli in se ducti: numeros adinuicē primos pcreāt 1
 Omnis numerus minor qui ad maiorē est primus a maiore detractus quotus potest 2
